



1. Erzgolfall s. Carl Gott.
Gries i. d. J. 1711
über der Pforte in Dresden
1712.
2. — Zusatz Pader
Panff im w. f.
Lüttzig 1711.
3. Von Iserlohn mit
auf einer Formplatte über
die Stadt Saarbrücken
1744.

Q D. B. V.

5

Sensuum Experimentum
diuinis Eloquiis probatum,
collustratumque
vicinore Spectri Schvvickershusani
memoria,

de

EXISTENTIA, POTENTIA
& OPERATIONIBVS
DIABOLORVM,

sc.

EXERCITATIO THEOLOGICA,
quam in

ILL. CASIMIRIANO

Praefide

GODOFREDO LUDOVICI

S. Theol. D.

Directore & Theo'. P. P. O.

publice proposito

nonnullisque

Francisci de Cordua

paralogismis opposuit

AVTOR - RESPONDENS

Augustus Bernhard Frommann/ Neufensis,
d. XVI. Dec. A. DCCXIIIX.

Scu[m]m[us] Exemplarum

Quatuor Z. postulis dicitur

Colliguntur in libro

Actuorum apostolorum Secundum

Memoria

Exhortationis ad Corinthus

Quod est ad Corinthus

Ad Corinthus secundum

Ad Corinthus tertium

Ad Corinthus quartum

Ecclesiastica theologia

Ad Corinthus quintum

Ad Corinthus sextum

Ad Corinthus septimum

Ad Corinthus octimum

Ad Corinthus nonimum

Ad Corinthus decimum

Ad Corinthus undecimum

Ad Corinthus duodecimum

Ad Corinthus tredecimum

Ad Corinthus quattuordecimum

Ad Corinthus quindecimum

Ad Corinthus sexdecimum

FLORENTISSIMAE
CIVITATIS COBURGENSIS
SENATV,

*Fidei sincerioris Affectatoribus & Affer-
toribus,*

**Viris Praenobilissimis & Consultissimis,
Nobilissimis, Amplissimis, Pruden-
tissimisque,**

DNN.

**CONSVLIREGENTI,
SYNDICO,
CONSVLIBVS RELI-
QVIS
ET
SENATORIBVS,**

*Euergetis & Patronis meis multo ho-
noratissimis,*

Exercitationem hanc ex sinceriore
Theologorum doctrina & a liberali
stipendio senatorio elici.

sincerique proinde animi & Virtutem
pie prosequentis tessera, iuxta cum Voto,
pro felicitate instantis anni multiuga,

ut, Ipsi Antislitibus, ad amplitudinem porro
efflorescat Coburgensis Civitas,
sanctaque praesertim & sincerior perset
fides,
do, dico, dedico,
Cultor obseruantissimus & soluendo huic gratia-
rum stipendio obnoxius

AUTOR,
Augustus Bernhardus Frommann.

GO.



GODOFREDI LUDOVICI

S. Theologiae Doctoris

Allocutio

ad

AUGVSTVM BERNHARDVM FROM-
MANNVM,

Autorem Exercitationis huius eruditum,
& Studiosum Theologiae solertissimum.

Quod mihi in optatis esse saepe proloquor, Et, quoniam in a
Illustri Casimiriano superiora literarum studia confir-
mantur, Ciues prouectiores vires periclitentur ingenii,
Et Disputationes elaborent ipsi: id omnino Exercitationes
hac sacri argumenti, Et ad metam tuam, quae Theologia est,
Expiugnantes alii Deicas has evos etiam, colline ante, exequ-
tes, Frommannus doctissime, Inuenis vere nominis Tui, vere probe,

Et ad exploram voluntatem nostram paratissime. Theologicae
nimirum molis fundamenta Et ne in lubrico locarentur ac in-
stabili, Philosophiam pridem subdidisti Et Linguas. Alesque Deo
sacratus, in Academiam euolaturus, Et in patriam renolaturus
feliciter, quia dixisse, dupli Philosophiae Philologiaeque
ala instructus, esse debet, in alienos adeo non immigrasti mo-
res, nec praecipitasti industria, Et, futurus hanc quam
etates, Et Icarus, qui neutra, vel uox teq[ue]s, qui alter-
utra subleuatis ala, ad sublime Theologiae studium gestiat e-
nebi, Philosophiam ad Linguas, Et Linguas ad Philosophiam,
in tempore adiunxeris; progressus autem in hoc officiorum
Et diligentiae cursu, Et admissus ad exquirenda summa my-
steriorum capita, Et Theologiam Aeromaticam, parte
sterum praestitisti Auditoris egregii Et constantis: securus
hanc quam Uclegon, qui, fucorum instar, aliena
incubuerit subsidiis, sibi ignauus, aliis gravis. Tot publice
primatumque edita speciminiis, Et egregie defensa disputa-
tione praesidii mei de Scriptis anonymis Et pseudony-
mis in causa Religionis a progressu coercendis,
cum sis animi explicanda adhuc esset in elaboratione Tuas
soli Et propria, Tu iste adhuc similem esse, docta bac com-
monstras exercitatione, aetateque proiectum vigore prouebi-
mentis, quietem respuere, confititus expectare, Et in-
certamine dignitatem porro tuisturum; male enim agunt
qui opes parant quidem, paratas autem nec assurant,
nec augent, per languorem potius desidiamque turpiter
patiuntur elabi. Neque Tuum restinguere potuit studium
materia ad polemicam pertinens Theologiam, quam
Fanatici Et Nouatores ex Ecclesia censem eliminandam;
Typoses enim binas, Hutterianam, Et in Academias

in primis hodie receptam Baierianam, explanari audiuerit
Scholii in disceptationes Theologicas nouellas institutis in-
terfuerit sedulus, Et hoc caput esse sacramuneris, pro causa
Veritate nisi Et stare firmiter, Et vindicare praecriptas a
coelesti autoritate regulas, nostri ex Venerandi Parentis Tui
Praeceptoris, Theologi doctrina Et vita Veri, Rudramus,
praeferatione ad Summam Theologiae Theticae scripta, nostri-
quo bel maxime ex Paulo, qui Ministerum Ecclesiae contradic-
entes inbet arguere, Et per studium proinde Theologiae pole-
micae, Et arguere possit, sult praeparari. Nouns autem
Autor, Franciscus de Cordua, qui biennio abbinc, Et cona-
tu in Deum sacrasque literas iniurioso, die Schrift- und
Vernunftmäßige Gedanken vom Schatzgraben und
Beschwerung der Geister, diuulgauerat, Tibi quoque
videbatur repellendus; Tibique hoc Exercitationis summissi ar-
gumentum, Et, praeter alios, me, Istius opiniones quadam
iam aggressum Disputatione, sic etiam sequerentur: cum, qua-
niam in magna pranarum opinionum serie neglectae nonnu-
lae sunt, nec neque potuerunt peruestigari, has Tibi spicilegio
ostenderes fuisse Et racemationi: Et novo tandem argumento,
quod Phætra suppeditauit Schöbickerbusanum, sententiam
rectiorem doceres similiter. Quod Institutum Tuum Existi-
matores intelligentes Et aequi non possunt non laude reputare
dignissimum; egoque, expeditus προστέλλεις, qui Te solum li-
neamenta duxisse Et elaborasse credo, qui, quae in angustissima
hunc plagarum locum concludi non poterant, minutissim-
dem si solum, Et Autorem Te praedicari, qui audiendi causa
acecedunt, ex paratiore in respondendo celeritate simul agni-
turos Et confessuros credo: Tibi, Et Domino Patri, (Pastor)
Natusens vigilansissimo, quem in Allocutione istidem pecu-
liares

liari, & in Disputatione sub praesidio de Examinitione Christi,
ob pietatem, ingenii praestantiam, & eruditiorum praeclara-
ram, magnopere extulit alter in Gissensi Academia Eiusdem
Praeceptor & Orthodoxiae Euangelicae Vindex celebratissi-
mus, Hannekenius,) Patriae tandem & Atbenaeo nostro, ipsi
inter has seculi labes & tot praecipitia Studiosos tamen enutri-
enti probos & eruditos, & spatia sua pulcherrime confidentes,
gratulor. Et vellem, hoc ad plures iret exemplum ! E Museo
quarto Idus Decembrie, & Anno calculi Dionysiani

MDCCXVIII.



CAP.



CAP. I.
Historico - Polemicum.

§. I.

Heldburgensis Ecclesiae quondam Superintendens, Dn. Michael Buschenroder, in libello, cui titulum fecit Warnungs/wahrer Mund, p. 138 sq. sequentem refert historiam, hoc tempore lectu dignissimam, & quam non immerito sensuum appello experimentum de existentia, potentia, & operationibus Diabolorum.

A. 1666. in der Wochen vor Ostern, hat der leidige Teufel ein wunderschämes Spiel zu Schwesternhausen, einem Dorff ins hiesige Fürstl. Amt Heldburg gehörig, angefangen, indem Er in Heinrich Regels Haus unter einem Bett, in Gestalt eines Kindes, eine guldene Kron auf dem Haupt tragend, erschienen, geklopft, und denen zulauffenden Innwohnern eines theils sich erstlich als einen Engel, nachmahl als eine Seele einer verstorbenen Weib.

A

Weib.

Weibs-Person angegeben: welche nun ihm die Hand in seine Hand, (die ganz kalt gewesen) ge-
reicht, denen hat Er einen Schatz von 90000. Due-
cateii versprochen. Aber bald darauf hat Er in
solchem Haß schrecklich angefangen zu poltern,
dass darüber die Bauren furchtsam gemacht, zu mir
nach Heldburg kommen, und gesagt, sie müsten aus
dem Dorff entlauffen, wenn nicht Rath und Hülfe
wider solchen grausamen Feind ihnen geschafft und
mitgetheilet würde. Auf dieses habe ich mit Herrn
Johann Hasen, Pfarrern zu Hellingen, mich dahin
begeben, und denen Innwohnern in einer Predigt
remonstrirt, dieser Geld-Geist wäre kein guter, son-
dern böser Engel, sie hätten sich von Gott zum Teu-
fel mit dem Handgeben gefehret ic. Unterdessen
hat doch der Satan etliche Wochen mit seinem
Klopffen in Regels Haß unter einem Bett fortge-
fahren, einsmal in meiner Gegenwart gerufen:
Gebet mir ein Kind, so will ich weichen; Idem hat gedrohet, einem Geistlichen in hiesiger In-
spektion den Hals zu brechen, nach dem Liecht in der
Stuben geworffen, einsmahl spottweis gesagt:
Ich glaube auch an Jesum Christum. Die
Herrn Geistlichen aber haben wechsweise mit
Beten und Singen angehalten, wie ich denn selbst
vierzehnenmal bin zu Schweickershausen bei Nacht
geblieben, endlich an der Montags-Nacht nach dem
Fest Trinitatis, da ich das letztemahl daselbst gewee-
sen, ist Regels Haß von des Satans Poltern
ganz ledig worden.

S. II. Eandemque relationem, tanquam ani-
lem

lēm fabulam, rideat, qui fallere circumstantiam
villam probabili vllla ratione ostendet; si minus
veritatem fateatur, quam videlicet nemo nega-
bit, nisi justo Dei iudicio occaccatus a Diabolo.
Neque enim tempus fallit, quod indicatur, nec clo-
cus incertus est, qui nominatur, & cūjus nos vi-
cini sumus. Accedunt testes locupletissimi, in-
ter quos praecipue est initio dictus Buchenroe-
der, Vir fide dignissimus & pietate praestantis, qui
tristi spectaculo ipse interfuit, rem notauit in cita-
to libro, typis exscripto A. 1681. in nostra hac
vrbe patria. Reliqui etiam, qui ex historia allata
innotescunt legentibus, omnes *autontari*, *agi*
autrines, fallere nec potuerunt, nec voluerunt,
ipla sanctitatis laude clari & celebres, homines
diuersae aetatis, diuersi sexus, diuersae conditio-
nis & status. Non pueri testimonium perhibent,
quos ob animi infirmitatem quilibet terret casus;
non mulierculae timidae, sed Viri grauitate &
constantia praediti; non imperita plebs, sed Viri
docti, rationis vsu pollentes, qui domum Kegelii,
Satanae domicilium, metu non deseruerunt, sed
alternas, easque assiduas, & per bimestre continua-
tas vigilias suscepereunt: vt adeo absit omnis su-
spicio a veteratorio glaucomatis ingenio objecti.
Adde, quod ipsi Pontifici suo testimonio histo-
riae veritatem vel inuiti confirmant, saifitatem
non ostendentes, quam quidem ostendissent, si
potuissent; neque enim ipsos latere potuit multo
tum decantata sermonibus, nec negligere
potuerunt rem, qua firmiter stabilita non medio-

cre Ecclesiae suae fulcrum deprehenderunt corruere, cum hujus veritatem miraculis superstruant.

§. III. Nec fidei sublestae ideo est Buchenröderus, quod homines commemorat in aliis Dia-boli suas injecisse, cum ex Scripturis constet, ho-mines spiritum adeo ferre non posse, ut potius o-mnes, quibus Spiritus apparuerit, metu perculsi, repente prostrati fuerint, & in capitib[us] periculum adducti, Jud. 13.22. Exod. 33, 20. Franciscus de Cor-dua pp. 62. 63. 64. 94. Bekk. Lib. II. c. l. §. 3. &c. Committitur enim fallacia, quam in Logica vo-camus, ad dictio secundum quid ad dictum simpli-citer. Spiritum ferre non posse, cum de homine dicitur, intelligi id debet tantum de vtrorumque natura & essentia, qua tales sunt, quod ipse haud obscure innuit Franciscus p. 94., & addita hac particula restringente & diminuente, assertio ve-ra est; per accidens tamen accedentibus certis modis, nonnunquam fit, vt homo spiritum ferre omnino possit, accedente nimis ex parte Spi-rituum ratione in primis τῇ ἐξορίᾳ s. voluntarii. Quod homines, inquam, Spiritus ferre possunt, non ex vtrorumque natura deriuandum est, sed ex Spirituum libera voluntate, qua H[ab]et id, quod hu-manae naturae terribile est, occultant, specieque, non tetra & truculenta, aut glorioſa, sed humili, suavi, & amabili, apparent, cum hominibus blan-de comiterque conuersantur, & ad eorum tem-peramenta, ingenia, moresque se accommodant. Diuersus sane est Φανταſticas modus majestati-cus

cus ab humili, truculentus a jucundo. Distinguendum censem Viri docti inter Φανέωσιν s. manifestationem, & χρύψιν s. occultationem, inter γοῖαν s. essentiam, & συγκατάβασιν s. condescendentiam, inter γότιον s. essentiale, & ἐκγότιον s. voluntarium, inter id, quod fit κατ' γοῖαν s. per se, & κατὰ συμβεβικός s. per accidens, γοτιδῶς s. essentialiter, & ἐκγοτίως s. voluntarie, & cum Quenst. in Syst. P. I. p. 45; seqq. inter id, quod fit Φύση, & quod fit παρά Φύσιν, inter Angelos consideratoς κατ' γοτιαν, & κατ' οὐκονομιαν. Ratione posteriorum, non ratione priorum modorum, homines Spiritus ferre poslunt. Cum Christus, ad dextram Dei sedens, Paulo appareret in via, quae Damascum dicit, exanimatus prosternitur, Act. 9, 3. seqq. Populus Judaicus, audiens majestatem Dei e monte Sinai, trepidus colloquium cum Deo deprecatur Exod. 20, 19. Daniel ad conspectum Angeli in morbum incidit, c. 8. v. 17. 18. 27. c. 10. v. 6. seqq. Maria, viso Angelo, resurrectionem Christi nunciante, metu percussa fugit, Matth. 28, 4. 8.: quo pertinent loca a Francisco citata. Terrebantur etiam Ægyptii, cum apparerent Φάσματα, visa tristia, τοῖς κατηφέσι προσώποις, flebilibus formis Sap. 17, 3. lqq., Angeli mali, Ps. 78, 49. vid. Dn. Praef. Exam. Anthropol. et Daemon. Corduae p. 108. & Bai. Comp. p. 287. Contra ea Abraham cum Angelis hospitio exceptis familiares conferebat sermones, Gen. c. 18. Et Angelus Manohae, ad quem prouocat Franciscus, gloriam suam quamdiu occultat, Manoah sine timore

cum eo colloquitur; simul ac eam manifestat gloriose per flamمام ignis in cœlum ascensu, mortis terrores sentit, conf. Act. Erud. Germ. A. 1717. P. 46. p. 713. Petrus per Angelum ex carcere educitur, sine aliquo metu, non obstante Angeli spirituali natura Act. 12, 7. Saulusque Diaboli praesentiam sustinuit, ut ex prolixa euocationis excusatione apparet, i. Sam. 28, 15.; verus enim Samuel non fuit resuscitatus ex mortuis, vela Deo, qui Saulo amplius respondere noluit, Mosen vero & Prophetas audiri cupit, Luc. 16, 13., vela Diabolo, qui pios in manu Dei, Sap. 3, 1. & in sinu Abrahae, Luc. 16, 22. dulcissima quiete perfruentes Es. 57, 2. Sap. 4, 7. Ebr. 4, 9., non potest turbare, Joh. 10, 28. Vidd. Quenstedt, in Syst. P. I. p. 470. 471. & P. IV. p. 560. Bald. in Cas. Consc. p. 570. Lauaterus de Spectris p. 178., Bern in der dreyfachen Welt p. 896. it. Jo. Glanvil in Sadducismo Triumph. P. I. p. 70, & P. II. p. 145. seqq. qui, licet in contrariam sententiam abeat, nostram tamen non absurdam pronunciat, & historiae veritatem contra Scotum, Websterum, ac Bekk. L. II. c. 24. L. III. c. 6., omnia ad fraudem mulierculae referentes, ex textus circumstantiis, & in primis ex futurorum contingentium praedictione, confirmat, quae, si euentui non respondisset, nullam non modo utilitatem mulieri afferre potuisse, sed eam etiam in summum adduxisset discrimen: non melior fuit Saulus Achabō, nec melior mulieri speranda fuisset conditio, quam fuit Michæs, semper mala

præ-

praenunciantis: nonne Saulus, si dolum resci-
visset, vel rediisset in pacem, damnatus fuisset
mulierem Achabi verbis, I. Reg. 22, 27. ² Appa-
ritiones Angelorum plures, ex quibus nostra
corroborari potest sententia, ex Scripturis sacris
concessit Quenstedius l. c. p. 442. Add. Bai. in
Comp. p. 254. & Glanvil. l. c. p. 120. sqq. Sal-
vaq; hinc manet fides Buchenroederi, qui Schwei-
ckershulanos cum speciei manibus suas junxit
asserit: & fusius haec ideo a me dicta sunt, quod
πρεστος Ψευδος Francisci ostendere videntur, & si-
mul falsum Bekkeri (L. II. p. 56.) presuppositum,
Spiritum non posse agere in materiam, quo dece-
ptus est Cordua, & qua de materia mox plura
proferentur in medium.

S. IV. Ne quis etiam cum Francisco p. 63. 64.
96., Zach, Webbro in der Antwort auf J.
Wincklers Predigt von der Versuchung Christi
p. 245., & Bekk. L. II. c. 7. in primis p. 230., & L.
IV. p. 296. excipiat, haec fabulam redolere, cum
inter omnes constet, Deum creationis gloriam
sibi reservasse, quam ipsam nolit dare alteri, Bu-
chenroederus tamen Diabolo eandem gloriam
tribuat, cumque in infantem se transformasse fin-
gat, & manus habuisse gelidas, quasi possit quis-
quam, qui non idem Deus sit, sibi formare cor-
pus: aliud sane est, sibi formare corpus, aliud, scilicet in
corpus a Deo formatum transformare, aliud est
creare, aliud creatum a Deo assumere, sibique ap-
plicare, applicatum denique sua parastasi moue-
re, aliud item formare ex nihilo aut ex materia

plane inhabili ad recipiendam aliquam formam, aliud formare per principiorum actiuorum ad passua applicationem: hoc, non illud, Diabolo tribuitur. Vidd. Quensted. Syst. P. I. p. 470., Bai. Comp. p. 260. 261., & Dn. Romanus in Sched. de spectris, sagis & magis, §. 19.

§. V. Nam ab eo, quod certis formis Spiritus saepissime apparuerunt, ut ex §. precedente constat, recte argumentum sumitur, quod eas possint assumere, & sibi corpora formare, in quibus appareant; recteque monent Dnn. Collectores Act. Erudd. Germ. P. 45. p. 713., Franciscum vi suae hypotheseos, qua corpora, quibus boni Angelis conspiciendo praebuerunt hominibus, ab ipsis Angelis negat esse formata, sed a Deo iisdem inducta contendit, cum Bekk. L. II. p. 230. admittere cogi Deum, consummato hexaëmero, & postquam ab operibus suis quieuit, novas species producere: vnde & sententia B. Dietericci in Inst. Cat. p. 353., quae formas, quibus Angeli apparuerunt, ab ipsis de aërea vel terrena materia non plane inhabili sumtas esse docet, illi, quae ex nihilo a Deo creatas asserit, merito præfertur, & contra Corduanas objectiones modo, quem dixi, defenditur. Conff. Friedlibii Medulla p. 485. & D. Grapii Disp. de Tentatione Euiae & Christi Sect. 4. Cap. 2. §. 11.

§. VI. Altera ratio, qua communis & antiqua haec sententia nostra defendi potest, Spirituum natura nititur, quae intelligendi & volendi potestia gaudet. Intellectus corpora vnienda vo-

lun-

luntati r epraeſentat, Voluntas vniōnem appetit atque desiderat, vt DEO dedita mandata ejus ad homines poffit deferre, aliasque functiones exequi, a DEO auerſa, & hominibus aduerſa, nocendi cupiditate in magis explere: voluntas enim praelupponit aliquam facultatem efficiendi, vtpote fine qua voluntas nulla eft. Notandum hoc contra πεωτον totius Systematis Bekkeriani Φεῦδος, vt appellat Dn. Budd. in Bekkerianismo re.ecto §. 2., quo cum Renato Cartesio eſſentiam Spiritus conſtituit in mera cogitatione L. II. c. 6. §. 11. & p. 230. Conff. Dn. Budd. I. c. §. 13. & §. 6. 10. II. capit. p. 230. de Spiritibus creatis, Dn. Engelschall in ſeculi moderni Praejudiciis, p. 732. & Quenstedt in Syst. P. I. p. m. 444. 445. contra Rodericum ab Arriaga, qui Tom. II. Disp. XIII. ſect. I. negat, ex intellectu conſequens eſſe, Angelos eſſe volitios. Add. Cap. II. Conſect. I. Claff. III.

§. VII. Huc accedit, quod multis Kergeri, Lignicensis Physici, aliorumque experimentis, a Voiglio adductis in Curios. Phys. p. 50 sq., comprobatum fit, posse bruta, itemque plantas, ex cineribus suis reproduci; quae productio, cum longissime diſtet a creatione, quantum ab eadem diſtabit corporum assumptio, etiam ab ipsis Spiritibus ex aere circumſtante, aliave materia, tanquam causis naturalibus, effectorum? Sedulo igitur cauendum eft, ne ſaltu immani e via generatiōnis (naturalis productionis) in viam creationis ruas, quod monitum eft Sperlingii in Synopsi

Phys. p. 20. hic probe obseruandum. Si artifices nonnulli & homines, ejusmodi automata construere possunt, quae, ipsis etiam absentibus, mirandos sane exercere possunt motus, qualia sunt v. g. horologia varia arte confecta, perpetuum illud mobile, nee nonjuxta Bekk. L. I. c. 4. §. 2., Columba Archytæ lignea sponte se mouens, cuius meminit Bern. l. c. p. 596. 597., & imago Kircheri ex aëre libere pendens sonosque edens, Kirch. in Phonurgia in Germ. linguam translata, p. 116. 119., Robert Boyle in Nov. Exper. Phys. Mechan. de vi aëris elastica & ejusdem effectibus Exper. 37. p. 116.: cur non Diabolus, tanquam Spiritus, ut Scriptura & Experientia docet, artificiosissimus, in & per assumptum corpus artificiose compositum praesens paria facere possit? Grapius l. c.; qui §. 19. ita pergit; Si modum hujus operationis ex me quacres, politissime Webbere, (Cordua,) Tu mihi ostende spiritum, & ego tibi vicissim ostendam modum. Conf. Dn. Praef. Exam. Daemonol. Cord, p. 126. Totaque haec Francisci objecio prorsus, ut arbitror, evanescet, si amplectamur sententiam alteram, quae statuit, formas, quibus se Diabolus hominibus conspiciendum praebet, neque esse a DEO de nouo creatas, neque ab ipso Diabolo factas, sed assumtas, h. e. ipsi ad tempus unitas; jam in rerum natura existentes, non nouiter productas, in quibus fuit non per modum formae informans, sed assistens; unde neque haec unio naturalis

ralis dici potest, nec personalis, sed accidentalis & παραστατική. Vid. Baj. Comp. p. m. 253.

§. VIII. Et in hanc sententiam ingredi me jubet primo Spirituum subtilitas. Cum enim possint penetrare corpora solida, nec quicquam iis obstat, certe quaevis corpora sibi possunt vniire, mouere, & per illa oculis hominum se offerre, eosque ita fascinare, ut hominis figuram credant videre, cum vident truncum, aut aliud corpus, Diaboli inuolucrum. Qui potest occaecare oculos mentis, (2. Cor. 4, 4.) potest etiam occaecare oculos corporis; nam, juxta tritorem Logicorum Canonem, si id, quod minus, est verum, etiam id, quod maius est, verum erit.

§. IX. Potest etiam Diabolus se insinuare in cadauera hominum impiorum ex sepulchris educta, in quibus hoc itidem sensu & modo efficaciter operatur Eph. 2., 2. Firmiterque mihi persuadeo, ideo Michaelem Archangelum (quod nomen nulli hominum competit) contendisse cum Diabolo de corpore Mosis, Epist. Jud. v. 9. (de quo, vt pote a DEO ipso sepulto in loco hominibus ignoto, Deut. 34, 6., nullus hominum, adeoque nec Josua, vt delirat Bekk. L. II. c. 23., contendere poterat, conf. Bern. I. c. p. 895.) quod is in assumto corpore apparere vellet Israelitis, vt Mosen cum doctrina sua suspectum redderet, aut etiam illa specie cultum aliquem diuinum a populo ad idolatriam proclivi acciperet superbissimus Spiritus, quem alias desperabat. Eoque magis id mihi persuadeo, quod

cera

certius est, Diabolum *πατέρα γενίαν, καὶ αὐτοπροσώπων*, intra corpora viuorum hominum saepius habitasse, quod euicerunt Dn. Praef. in Corduac Daemonol. Exam. p. 121., Dn. Bern l. c. p. 921. sqq., Dn. Kettner Disp. de duobus Impostoribus c. 2. §. 15. Dn. Engelschall l. c. & Glanuill. c. P. 2. p. 128. sqq. Num etiam morbus, inquit Dn. Praef. l. c. cum Dn. Buddeo, morbum pellit? num morbi habent regna? num furiosus furiosum satanat? num furiosus potest ex se ipso abire in tot porcos? Es ist noch keiner aus der Haut gefahren, noch weniger in eine Sau, Matth. 8, 32. c. 12, 24. sqq.

S. X. Eò imo magis mihi persuadeo, posse Diabolum cadauera impiorum induere, quo srimus probari potest, cum in brutis animantibus nonnunquam delitescere, manifesto porcorum Gergesenorum exemplo, l. c., & serpentis personati, ex quo Diabolus locutus Euam decepit, Gen. 3, 6., quod ipsum a Beckeri pleuderminia vindicauerunt, Winckler in der warhaftig von Teuffel erduldeten Versuchung Christi p. 10 sqq., Bern l. c. p. 766. sqq. & 873: sqq., Grapius c. l., Engelschall c. l. p. 699., Reuterus im Reich des Teuffels P. 2. c. 19. p. 460., Quensted in Syst. P. 2. p. 52., Scherz. in Syst. Loc. 7. p. 141., Aßfelm. T. 2. p. 47. §. 11., Brochm. in Syst. Loco de Peccato c. 4. T. I. p. 173., Gerh. de Peccato Orig. §. 8. T. 2., & T. I. p. 223., Spanh. in Elencho Controv. p. 667., Luth. in Comm. in Gen., Pfeiffer in Dubiis vexatis in h. l., D. Seb. Schmi-

Schmidius in Coll. Bibl. P. I. p. 148., Masconius,
Dn. Parentis mei Gieslae Contubernalis, in Disp.
de primo primorum parentum peccato, Praef. D.
Rudrauffio, & opponente Dn. Parente meo ven-
tilata, Frischmuth in Disp. de seductione serpen-
tis antiqui, Rom. I. c. p. 21., Riuinus in Disp. pro
Lic. de Serpente antiquo seductore, & Jo. à
Mark in Disp. ejusdem argumenti. Nam in ple-
risque Bekkeri argumentis contra h. l. ostendi-
potest Elenchus diuisionis. Serpentis vocabu-
lum ls accipit formaliter, pro mere naturali, cum
sit materialiter supponendum pro obfesso. Ta-
cco etiam Gentilium idola, ab ipsis facta, & à
Diabolo occupata, ut sunt Teraphim, Zemees
&c., de quibus infra occurret mentio.

S. XI. Nec sententiae meae quicquam dero-
gat Bern, ita scribens I. c. p. 903. Es stehet kein
Teuffel in solcher Macht, daß er solte einen ver-
storbenen Leib, und wenn es schon eines Gottlosen,
wieder lebendig machen: sermo enim ipse est de
Samuele, quem a Diabolo ex mortuis resuscita-
tum & viuiscatum esse negat, quia viuiscatio &
resuscitatio mortuorum fit per animatum cum
corporibus suis redunctionem, id quod solius
DEI, non Diaboli, opus est; hoc ipso autem non
negat, quod Diabolus possit cadasera impiorum
ex sepulchris cruta assumere, & sua paraftasi mo-
vere, quo ipso vita ipsis non restituitur, sed mor-
tua manent perinde, ut truncus, vel lapis, quan-
vis ab homine moueatur. Hancque esse men-
tem Autoris, quem adhuc vehementer sequor,

con-

éonjicere licet ex verbis p. 913. Nach der Heyden selbst eigenen Bekanntniß werden ihre Göttchen Bilder von ihren Daemoniis besetzt. Si igitur factetur, idola a Daemoniis fuisse animata, nec video, cur non concedat, Diabolum in cadaveribus posse vim eandem exercere, eandem operationem.

S. XII. Quale autem fuerit corpus, in quo Diabolus accessit ad Christum in deserto Matth. 4, 1., nolo determinare. Si audiendus est Ligtfootus, qui Diabolum specie columbae, sub qua Spiritus S. modo descendebat super Christum baptizatum, Angelum lucis simulasse, & illa alterum Adamum, sicut primum specie serpantis, adortum esse, videtur suspicari, nouum meae sententiae nec exiguum accedit robur. Bern l.c. 893. Winckler l. c. p. 129, sqq. Ut cunque autem se hac habent, &, siue species illa columbae fuerit, siue (Judicio Winckleri, Theolog.) Viri honesti, perdesertum iter facientis, certum vtique est, quod apparuerit in forma sensibili: nam, quo minus per nudam representationem internam temptationem Christi factam fuisse asseriqueat, obstat, quod talis representatio sine peccato fieri non potuerit. Sibi ipsi aliquid animo exhibere, aut concipere, quo ad superbiam, temeritatem, similiaque crimina aliquis incitari possit, num hoc vitio caret? Hac ratione Christus ipse sui fuisse tentator, suamque ipse perniciem serio intendisset, nec dici posset a Matth. c. 4, 1. tentatus a Diabolo, & a Paulo χωρὶς αἴσαρ-

tias

τίας, Ebr. 4, 15. ὅσιος, ἄκανος, εἰμίαντος, c. 7,
 26. Vidd. Dn. Budd. l. c. §. 26. Bern. l. c. p. 882.,
 sqq., Grapius c. l. c. 2. Sect. I., Dn. Engelschall l. c.
 Ligtfoot c. l. p. 243. Meelführer in Vindiciis
 Euang., Calixtus in Euang. Scriptorum Concor-
 dia p. 85., Joh. Clericus in Animadv. ad Ham-
 mondi Annot. in N. T. T. 1. p. 17., D. Meyer im
 betr. Kind GÖttes P. 1. p. 443. Addatur Har-
 monia Euang. Chemn. Gerh. Lyseriana p. 266.
 sqq., contra Bekkerum, quia verae, inquiens,
 fuerunt haec tentationes, non praestigiae tentatio-
 num Ebr. 2, 17. & c. 4, 15., non errabit, opinor,
 qui verba Euangelistarum simpliciter de circum-
 ductione, sicut sonant, retinebit; & paulo post p.
 272., Dulcissima consolatio est, quod Filius DEI
 per omnia, ut nōs, tentatus est li. cc. quae consola-
 tio perit nobis, si imaginarias Christi tentationes
 fecerimus, verba sunt manifesta, παραλαμβάνεται
 &c. Praeclare Hunnius in Com. p. 37. Iq. Mirabi-
 tur quispiam, quo pacto Diabolus Christo mon-
 strare potuerit omnia regna mundi hujus, cum
 non sit ullus in orbe locus tam excelsus, e quo
 vel vnum regnum ei monstrare potuerit. Sed
 hunc nodum soluit Lucas, scribens: Diabolum
 Christo in puncto temporis monstrasse regna
 hujus mundi, & vniuersam gloriam illorum. Un-
 de palam fit, non ipsa regna, sed quoddam horum
 phantasma fuisse oculis Salvatoris a Satana objec-
 tum, propterea vero non tota tentatio phanta-
 stica est. Recte tandem dicit Gregorius, nihil
 esse mirum, si Christus a Diabolo se permisit cir-
 cum-

CUM-

cumduci, qui a membris illius se permisit crucifi-
gi. Bekkerus videlicet non attendit ad miracu-
losae Christi conceptionis puritatem Luc. 1. 35.,
nec cum Diabolo ad Exinanitionis statum, Phil.
2. 6. seqq., nam hic Diabolum, ut homines mul-
tos, de vera Christi diuinitate dubium reddidit, &
Christi passionem in Ministerii sui initio ac fine
reliquis acerbiore*m*: nec ad Majestatis Christi
radios, quos nonnunquam in summa exinanita-
tione ostendit, dum v. g. se conspectui homi-
num subduxit Joh. 8, 59.: nec ad Diaboli, ado-
rationem postulantis, audaciam: nec ad species
intelligibiles in hominibus producendi & aëris
phaenomena atque imagines varias represe-
tandi facultatem Eph. 2, 2. Mauult Saluatorem
suum per horrendam blasphemiam dicere im-
prudentem & inscium contra Scripturam, quam
cum Scriptura a Diabolo fateri tentatum.

§. XIII. Adducit me deinde, ut credam, Dia-
bolos noua corpora, quibus appareant, non con-
struere, animae humanarum actionum principiū
consideratio. Anima enim si potentia gaudet
actiua mouendi corpus hominis, cum quo unita
est, quod ipsa non fabricavit, Jac. 2, 26., quidni
Diabolus, tanquam Spiritus completus, agere
possit in quoduis corpus creatum, illudque sua
parastasi mouere, quamuis a se non compactum?
Si cochleæ in conchis suis, mimus in pupis, hoc
praestare possunt, annon Diabolus in assump-
to corpore per operationem immediate affi-
stentem idem possit efficere? Conf. Dn. Budd.

I. C.

I. c. §. XIV. Grapius I. c. M. Musigs Licht der Weisheit P. I. p. 580. sq. & 109. Bernl. c. p. 797. sqq. Romanus I. c. §. 26. Infero hinc rursus contra Bekk. L. II. c. 7. §. 6.: Si corpus habet potentiam passiuam recipiendi operationes animae, concha domi portae, pupa mimi: quid nentiam quod quis corpus habeat potentiam recipiendi operationem Spiritus completi? Vnde enim denegabitur capacitas?

§. XIV. Quod vero regerit Cordua p. 95. Kan ein Geist einen Leib annehmen, so hat der ewige Sohn Gottes dergleichen zu thun vermocht, ambabus accipio manibus, indideince contra Ipsum, atque Calixtum, sic infero: E. potuit Filius Dei apparere in V. T., in forma quadam visibili ad tempus assumta, eaque suae incarnationi futurae praeludere, quod magna tamen contentione negat etiam Bekkerus L. II. c. 8, §. XI. & c. 14. §. I. E. iniqua est sententia aduersus Manoam. lata p. 63., Wiewohl Er einen sehr grossen Irrthum begieeng, wenn Er Jud. 13. v. 22. meinet, Gott selbst gesehen zu haben: nam, si potuit Filius Dei conspicere in forma assumta, error Manoae tantus non erat: quid? quod non Manoah, sed Cordua, turpissimo errore adstrictus tenetur, quippe qui ignorat, Angelum, quem vidit Manoah, esse eum, cuius nomen est נָהָר mirabilis, v. 18., is autem nullus est alias, nisi Filius Dei incarnandus, qui hoc nomine insignitur Es. 9, 6., id quod sine dubio agnouit Manoah, Cordua fide dignior, & cuius testimonium solum posset suffi-

cere, si vel maxime aliis argumentis destituere-
mur: plus namque valet, quam decem, quam cen-
tum, quam mille Francisci. Atque haec incar-
nationis Christi praeludia, *τεκμήρια* & pignora, ut
non inferunt plures *ἐνστρατώσεις καὶ ἐνθεωρή-
σεις*, quod nobis obtrudere conatur Calixtus: ita
nec vnam, veram, & realem Christi incarnationem,
atque humanam naturam suae hypostasi inseparabiliter, non ad tempus, vnitam tollunt: vnde
vero iudicari potest, quam falsa, quam vana &
profana ad bonam, & ex assumptione corporum
Angelorum legitime deductam consequentiam,
addatur *ἐπίκρισις*: Mithin fällt dessen wahre
Menschheit auf einmal hinweg. Si vel vnum
dictum Scripturae, quo, vt loquitur Dn. Praef. I.
c. p. 127., de re & veritate, deque veri corporis
& nativitatis attributionibus luculenter edoce-
mur, impugnasset Franciscus, perfectum Mani-
chaeum egisset, cuius haeretos per insignem
calumniam nos postulat, quam infra amoliar.
Conf. Act. Erud. Germ. anni 1717. P. 46. p. 715.,
itemque Dn. Praefidis Nova Spectralia & Magi-
ca Theor. II. & III., vbi ex Dn. Thomasii Thesl.
de Crimine Magiae, & Dn. Romani Schediasm.
cit. tota haec materia sub uno aspectu constituta
legi potest.

§. XV. Vnum adhuc Francisco inceppe vide-
tur dictum a Buchenroedero, quod Hic Spectrum
Schweckershusanum thesauri 90000. aureo-
rum Vngaricorum pollicitatione populum ad
manuum porrectionem allexisse prohibet, pro-
inde-

indeque Ille postulat probari , 1) daß so grosse
Schäze in der Erden vergraben, 2) daß selbige ges-
wisse Geister besitzen, 3) daß diese Geister gezwun-
gen werden können, sothane Reichthümer denen
Menschen zu zeigen? pp. 102. 103. 117. 118.
Quod vero attinet ad Momentum I., facile largi-
or, totthesauros, integra Regna pretio aequipa-
rantes, imo superantes, in terra non esse abstru-
fos; illud potius miror, Franciscum a patre men-
daciōrum veritatem expectare, nec dolum eius
quo protoplastos decepit , & quo ipso Sal-
vatorem nostrum aggressus est, animaduertere,
vanam rerum, quas dare non poterat, pollicitati-
onem. In membro II., plus praesidii sperare vi-
detur Franciscus, illudque fortiter negari posse
credit illo Daudis effato, Die Erde ist des
Herrn Ps. 24, 1. sed & se ipsum de gradu deiicit,
Wir haben, inquiens, über selbige weiter kein Eig-
enthum, als so viel uns Gott darvon eingeräumet
hat: idem ergo applicet ad Diabolum, & sibi a
nobis dictum putet, nec propterea existimet, pe-
culiares Daemones thesauris praesidere. Ad
haec autem promta si iterum est & parata re-
sponsio, In der Schrift finden wir nicht, daß
Gott dem Teufel etwas zu erlauben sich erklärte,
p. 105., satis sane est impudens, & apertum diffun-
dit crimen, cuius confessum argui potest ex ex-
emplis Euae & Christi, Gen. III., Matth. IV. 1. sqq.,
Jobi & Pauli, quorum corpora Satanas miserrime
afflixit, Job. 1. 12. sqq., coll. c. II. 6. sqq., 2. Cor.
XII. 7., Achabi, I. Reg. XXII. 22., incesto flagitio

se pollutentis 1. Cor. V. 5., Hymenaei & Alexandri 1. Tim. I. 20., quos Satanae tradidit Paulus. Contraloca haec posteriora duo ipse Bekkerus fatetur se nihil afferre posse L. II. Fas. Mund. c. 25. §. 24.; priora duo jam vindicauimus, tria reliqua defendit Bern l. c. p. 907. sqq. conf. Dn. Praef. Coll. Pol. in Controu. MSS. qu. 2. p. 2. Si imo nihil Diabolo a Deo conceditur potentiae, quorsum spirituale armamentarium? quorsum adhortatio Pauli, Eph. 6. 11. sqq., c. 4. 27., conf. Jac. 4. 7.? Et quae praeterea in occultam Dei permissionem euomuntur, ad omnem Diaboli potentiam e mundo tollendam expromta, reservare placet ad Cap. III. Porismatico-Elencht., in quo ipso etiam aperire policeor, quid sentiam de Membro III.

§. XVI. Hoc vero capite quid sim consecutus, ut clarius patescat, sentiatque Franciscus, se, a Bekkero deceptum, magna vel impudentia vel imprudentia ipsi Spiritui S. & sensibus repugnare, ex Francisco sequentia libet subiungere, cum hactenus dictis conferenda: Es ist wahr, inquit, daß von den schlimmen Geistern mit Bestande der Wahrheit nicht ein einziger Buchstabe aus denen Büchern des A. T. zu einem Beweifthum aufgebracht werden kan. p. 52. Contrarium autem ostensum est supra in §§. III. & X. in exemplis Ägyptiorum, Sauli, & Euae, qui, Spiritus dari malos, maximo suo damno persenserunt. Wenn die guten Geister denen Frommen zum Schutz und Verwahrung dienen, wgrum solten sie denn nicht

auch denen Bösen zur Straße und Peinigung seyn können, argumentatur p. 61. Sed Spiritus talis non poterat esse, qui specie Samuelis apparuit, Evam seduxit, Christum tentauit II. cc. Hierbey bleibt der Zweifel übrig, ob was in der Natur, dadurch wir die bösen Geister zu unsren Diensten zwingen können? scribere pergit p. 62. Dubium vero hoc solvit muliercula Endorina §. III., pleniusq; soluetur infra c. III. Conf. II. §. 3. Mon. 8. Da unsere und der Geister Natur ganz nicht mit einander bestehen können, so fällt auch alles, was von der Gemeinschaft und pactis mit denen Geistern geglaubet wird, von selbsten hinweg, colligit pp. 94. 62. At quia contrarium itidem demonstratum est §. III., illud vtique nec abnuente Francisco stabilitur. Wolte eingewendet werden, (verba porro & l. c. Francisci sunt) ein Geist vermöge eisnen Leib anzunehmen, dadurch er geschickt werde, mit uns umzugehen, so vermag man solches weder aus der Schrift, noch aus der gesunden Vernunft darzuthun. Vtrumque sane praestiti inde a §. IV. vsque ad §. XIV. Et ex pacto iam recte postulo, vt Is fidem adhibeat sententiae de corpore impenetrabili & inuisibili, itemque de nummis magicis, von unsichtbar und fest machen, Kugel abweisen, und den Heck-Thalern, aliisque rebus, fidem eius superantibus, ex pactis illis nihiloseius prouescentibus, et intercedentibus quidem, acanthidis nido, semine filicis, (eines Zeisigen = Neiss, Farren = Kraut = Saemens, der

(Spring-Wurzel,) aliisque herbis, radicibus, seminibus, literis, & characteribus, velut externis signis & symbolis: Franciscus enim de his omnibus scriptis p. 94. Diese Dinge zu glauben, gehöret gar eine grosse Einbildung dazu. Überhaupt müste alles auf ein pactum ankommen. Postulo etiam, ut, assumptione corporum sufficienter probata, quae de spectris, de virunculis, speciatim metallicis & montanis, s. Cobalis, narrantur, non promiscue omnia odioso fabularum nomine suspecta reddat, nec virunculos metallicos indistincte & ad vnum omnes in metallifodinarum virulentas exhalationes, vapores, & aëris compressionem, aut in metallifosorum fraudes, transformet. Conff. Lauaterus de spectris p. 102. seq. & Posneri Disp. de Virunc. Metall. Hac enim sententiarum collatione, & sine praejudiciis, sine partium studio, si suscepta fuerit diuidicatio, totum corruet Corduanae Daemonologiae ~~opuscula~~.

CAP. II.

Porismatico - Didascalicum.

Itaque ergo, certitudine in medium allatae historiae firmata, corroborataque fide Dn. Buchenroederi, habent, qui nihil admittunt, nisi quod oculis vident, quod manibus contredicunt, habent, inquam, quam postulant.

Conscit. I. Sensum experimento, diuinis eloquuis probato, fundatam Daemonum existentiam.

§. I.

§. I. Illas namque operationes, quae de Spectro nostro referuntur, bono Spiritui quo minus attribuas, prohibent: (1) Falsa boni Angeli ostentatio, quam Diabolo propria esse nos docet Spiritus S., 2. Cor. 11, 14. ex quo nimis loco cum Dn. D. J. Schmidio Dn. Praeses in Exam. §. 2. egregie ostendit, distinctionem Angelorum in bonos & malos rei esse, non rationis; (2) mendax animae cuiusdam simulatio, quae fane terriculamenti istius malignitatem evidenter arguit. Anima enim, quam mentitur, aut hominis boni fuit, aut mali, tertium non datur; Si hoc admittas, habemus, quod volumus, quoniam posito uno relatorum ponitur alterum, & ab existentia malarum animarum ad existentiam Diabolorum V. C., siquidem cum his eorundem cruciatuum sociae dicuntur, & hi ab illis, tanquam peculiares essentiae, secernuntur Matth. 25, 41. Adde, quod Scriptura expresse testatur, impiorum animas, a corporibus separatas, continuo in aeternae damnationis barathrum detrudi sine spe liberationis, atque adeo cum heluone redire non posse. Luc. 16, 27. carceri inclusas 1. Petr. 3, 19. 20. nunquam egressuras, Matth. 5, 25. 26. nec visuras lucem Ps. 49, 15. 20. Sin istud statuas, rursus contradicis verbis coelestis oraculi, ex quibus de piarum animarum ex corporis ergastulo migrantium immediata & non interrupta salute certis sumus. Immediata, inquam, quia eam nullus retardat aut intercipit dolor, ante perceptio-

B 4 nem,

nem, in purgatorio nescio quo, iam pridem exusto, subeundus, Joh. 5, 24. Luc. 23, 43. Philipp. 1, 23. Marc. 16, 16. Apoc. 14, 13. Quenst. Syst. P. IV. p. 557., & Gerh. in LL. de Morte, num. 159. lqq., & in Confess. Cathol. L. II. part. 2. artic. de purgatorio, Baier. Comp. p. 385. Scherz. in Purgatorio exusto D. Gerlachii T. II. Disp. Theol. p. 4037., Feuerbornius sacrarum Disqu. P. III. p. 569. D. Haberfornis gründliche Vertheidigung P. II. p. 234. lqq., Chemn. Conc. Trident. Exam. P. III. p. 138. Non interruptam nomino, quia eius participes, nunquam possunt sede beatorum propria exturbari; sunt enim in manu DEI Sap. 3, 1, ex qua non possunt eripi Joh. 10, 28. in sinu Abrahae, Luc. 16, 22. in quo foventur ita, ut prae amore non possint dimitti v. 27. 29.: tantum abest, ut in mundo oberrantes, mentiri, honorem aliquem ab hominibus postulare, piis metum inutere, aut collum obtorquere conentur, DEI voluntati per omnia conformes. Sicut ex inferno nulla est redemptio: ita piarum animarum e coelo non datur reditus. Conf. 2. Sam. 12, 23. Eccles. 38, 22. Addantur characteres ominum, a bonis vel malis Angelis profectorum, quos ex M. Sonntagii Silimentorum Fase, de Spectris & Ominibus Mortientium iunctim exhibet Dn. Praef. in Disp., quae Noua Spectralia sistit & Magica, Theor. X. (3) facta sermonis immutatio, quae ipsa φάσματος naturam ostendit a DEO alienam, & Diabolo simillimam. DEVIS enim, vt est immutabilis, ita in voluntate, dictis & factis, constans, & semper sui simi-

similis, παρόντες τοις παραλλαγής ἀποστολα Jac. 1, 17. vid. Scherz. Disp. de illustrissima diuinae immutabilitatis Majestate; contra ea Diabolus est Spiritus vertiginis El. 19, 14. Spiritus mendax 1. Reg. 22, 22. Joh. 8. 44. (4) pecuniae arrogans pollicitatio, manu quasi stipulantibus facta, et graue perhibens testimonium de veteratorio tentatoris ingenio, quo is in serpente latens, & protoplastis singularem similitudinem cum Deo pollicitus est, & hos seduxit Gen. 3, 6. Sap. 2, 24. quodque in sanctissimo nostro Saluatorre expromere non est veritus, propositis vniuersi mundi diuitiis Matth. 4, 8. 9. (5) ingentis strepitus excitatio; qualis etiam circumsonabat aures Aegyptiorum, Sap. 17, 4. coll. Ps. 78, 49.: & (6) seuera mortis comminatio, quae illum Ἀρχέων οὐρανού ἀπέχει manifeste prodit Joh. 8, 44. Nam signa bonorum Angelorum se modeste admodum leniterque habent, neminem laedunt, a diuinorum praecceptorum linea nullo modo discedunt. vid. Dn. Praesidis Noua Spectralia & Magica l. c.

§. II. Etpossent haec argumenta sola nos adducere, ut crederemus, dari Diabolos. Magis tamen ut moueamur, & nosmetipso muniamus contra Franc. & huius furfuris homines, cum illis alia Scripturae dicta placet adhuc coniunge-re, eademque tribus distincta classibus;

Classis I. est eorum, quae Angelorum querundam lapsum, lapsorumque peinas, probant 1. Petr. 2, 4. Jud. Ep. v. 6. 1. Joh. 3, 8. Joh. 8,

44. 1. Tim. 5, 21., quo postremo in loco τῶν
ἰκλεσιῶν ἀγγέλων mentio fit, electio autem praesupponit nonnullorum reprobationem Apoc. 12,
9., reprobatio lapsum, qui etiam ex dictis V. T.
a Dn. Praef. l. c. p. 113. probatur: Autoribus
que citatis add. Theologi nostri veterani, Dn.
D. Stempelii, Nott. Theol. ad Comp. Hutt. p.
351. sq., vbi ad locum Petrinum contra Bekke-
rum L. II. c. IX. §. ii. obseruat, esse quidem Diabo-
los post lapsum statim in infernum detrusos, ante
tamen diem iudicii permettere Deum eos exire
in terram, vbi homines tentent, impios vexent,
Apoc. 20, 2. 3. Vnde, inquit, aliud eorum πῦ
est ordinarium, aliud extraordinarium, in quo
ipso versantes, ab infernalibus cruciatibus plane
liberi non sunt, sed quocunque Daemones voli-
tant, vbique suam gehennam circumferunt, vt
loquitur ex Beda Scherz. in Coll. Anti-Soc. p.
991. confit. Quenst. Syst. P. I. p. 450. sqq. Bald.
Cas. conc. p. 569., Hafenreff. LL. Theol. p.
203., Friedl. Medull. p. 504. & Dn. L. Schwar-
zii Programma, quo ad celebrandum Natalem
CXII. ill. Casimiriani inuitauit, Bai. Comp. p.
280. sqq. 290. & ipse Bekkerus, L. II. c. 9. §. i.,
ita contra Franciscum differens: Mit diesen
zweyten Zeugnissen, des Herrn Jesu selbst, Joh.
8/44., und seines lieben Apostels / 1. Joh. 3/8./
Die klar und deutlich reden, das der Teuffel von
dem Stand, darinnen er von Gott geschaffen
war, abgefallen sey, gebühret uns zufrieden zu seyn.
quod Bekk. iudicium, in quo & acquiescere decet

Fran-

Franciscum , contra Dn. Autorem Disp. de Crim. Magiae, qui falso dixit, Bekkerum negare existentiam Diaboli , apprime notandum, obseruante Dn. Rom. in Sched. de Spectris Sagis & Magis §. 12. Summamque tandem cogitationum mearum de verbis 2. Petr. 2 , 4. hoc expono argumento : Quaecunque substantiac ab ipso Spiritu S. vocantur ἄγγελοι ἀμαρτίσαντες, εἰς πέισμα (condemnationis v. 4.) τετηρημένοι, in oppositione ad ἄγγελος ἐκλεκτάς, Pseudo-Prophetas, & homines lapsos, tum ingenere v. 1 - 3., tum in specie ad antediluvianos v. 5., ad post diluvianos v. 6. 9. 10., omnibusque hominibus tanquam exemplum iustitiae vindicatiue proponuntur v. 3. 4. 6. 11., illas ab Angelis electis, hominibus, hominumque prauis concupiscentiis, accurato discrimine vult sciunctas, adeoque etiam ab Exploratoribus Israeliticis, qui in deserto sunt mortui, Ebr. 3, 17.: neque enim certa potest dari ratio, quod omnes fuerint ἄδικοι, quos Deus vult seruare in diem iudicii κολαζούμενος v. 9. Atqui -- E. Hic murus aheneus est, qui contra Bekkerianos insultus perstat.

Classis II. est eorum, quae sicut Diabolorum a bonis Angelis, hominibus, eorumque prauis cogitationibus, distincta & expressa Nomina, quae summo studio collecta sunt a Dn. Praef. in Exam. p. 107. sqq. Addantur Flacii Clav. Scr. S. P. I. p. 231. 38. 1191. Calov. Theol. Pos. p. 134., Voëtii Dispp. P. I. p. 909. sqq. Vniuersa autem ad duo genera referri possunt: Vnum est esse

tiale,

tiale, reliqua adscititia sunt, & essentiae superaddita, illud Diaboli cum bonis Angelis semper habent commune, haec cum hominibus nonnunquam, nunquam cum Angelis bonis, excepto solo Angeli vocabulo, quod etiam commune est: illo semper ab hominibus internoscuntur, his ut plurimum ab Angelis bonis, semper ab hominum cogitationibus & prauis concupiscentiis. Unde de hominibus usurparilegas nomen Angelis, Gen. 32, 3. Num. 20, 14. c. 24, 12. Jos. 6, 25. Jac. 2, 25. Judic. 7, 24. 1. Sam. 23, 27. L. Reg. 19, 2. & de verbi diuini Ministris 2. Paral. 36, 15. 16. Hagg. 1, 13. Malach. 2, 7. c. 3, 1. Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. Apoc. 1, 20. c. 23. 1. c. 3, 1. obseruante cum aliis Bai. in Comp. p. ii. 250. De Hominibus usurpatum nomen Leonis Prou. 28, 15. Zeph. 3, 3. Ps. 57, 5. 58, 7., Draconis & Serpentis Ezech. 29, 3. Luc. 10, 19. Marc. 16, 18., Diaboli Joh. 6, 70. Tit. 2, 3. 1. Tim. 3, 11., Satanae 1. Sam. 29, 4. 2. Sam. 19, 22. c. 24, 13. 1. Reg. 5, 4. c. II, 14. 23. Matth. 16, 23. & Marc. 8, 33. Contra nomen Spiritus, aut cum addito spiritus mali, aut quod quis aliud ex infra recensendis, non item usurpatum; licet enim de hominibus haud raro dicatur, nunquam tamen ipsam substantiam denotat, sed qualitates, & inclinationes, vel bonas vel malas, & tunc semper fere ponitur in regimine, nunquam cum determinatione malus, quae habetur 1. Sam. 16, 14. Conf. 1. Sam. 11, 6. 2. Paral. 36, 22. Hagg. 3, 14. Esdras 1, 5. 2. Paral. 21, 16. Es. 37, 7. Jer. 51,

51, 1
Prin
Xa
1, 6.
nus
tat,
An
min
imp
fit e
cum
pra
min
pre
nu
in.
au
us
no
ra.
ne
de
su
de
pr
ex
pb
V
ru
os
da

51, 11. Ezech. 13, 3. Dan. 5, 20. Rursus Angelos
 Principes appellari videoas Dan. 10, 13. 21. *ap-*
~~χας~~ Col. 1, 16., Viros Gen. 18, 2. Filios (Dei) Job.
 1, 6. c. 2, 1. Homines autem, aut Filios hominis
 nuspiam. Illum sensum ipsa Scriptura suppedi-
 tat, hunc nunquam. Quoties Scriptura per nomen
 Angeli, Diaboli, Satanae, Leonis & Draconis, ho-
 minem intelligit, aut Spiritus vocabulo prauum-
 impulsu*m*, seipsum manifeste explicat, ut palam
 fit ex II. cc. Contra Spiritus mali, aut Angeli mali
 cum addito, aliorumque quorumuis nominum,
 praeter illa quinque, quae ipsa Scriptura de ho-
 minibus, & sextum, quod de prauo impulsu inter-
 pretatur, mentione facta, hos pariter denotari,
 nullibi dicit Scriptura; imo ipsa illa sex Nomina
 in reliquis locis omnibus pro hominibus accipi,
 aut prauo eorum impulsu, nullibi dicit, quin poti-
 us contrarium diserte asserit: E. alia interpretatio
 non est admittenda, nisi quam tradit ipsa Scriptu-
 ra. Ex quo etiam intelligitur, eorum collectio-
 nem, qui propterea, quod dicta nomina interdum
 de hominibus & prauis eorum voluntatibus v-
 surpantur, reliqua omnia, vel ipsa etiam, semper
 de iisdem intelligenda esse censem, non magis
 procedere, quam eius, qui Angelos bonos, quos
 existere fatetur Franciscus, vellet negare pro-
 pterea, quod Principes nonnunquam vocantur,
 Viri, & Fili. Porro, bonorum quoque Angeloi-
 rum ministerio vtitur Deus ad puniendos impi-
 os; sed, eos etiam per metonymiam quan-
 dam a malo effectu malos appellare, ratio loquen-
 di,

di, Scripturis vſitata, reclamat. Angelus, cui adſcribitur Aſſyriorum ſtrages, ſaepiſſime nomina‐
tur in ſacris paginis 2. Reg. 19, 35. Es. 37. 36. Ec‐
clēiaſt. 48. 24. 1. Macc. 7, 41., omniaque loca ad
vnam conſpirant appellationem: vbiue enim
vocatur יְהוָה מֶלֶךְ יִהּוָה, nullibi‐
na ut רוח דעה vt v. g. Angelus Sauli perturbator 1.
Sam. 16, 14. 15. 16. 23. Per Angelum Deus pri‐
mogenituram Aegyptiorum occidit Exod. 12,
23.; intra tres dies 70000. virorum pefe abſum‐
fit 1. Paral. 22, 14. 15.: Agrippam percuſſit, vt mo‐
rēretur Act. 12, 23. At nullus horum Angelo‐
rum propterea malus appellatur, vel malorum.
Quae veritas nec iſum latet Franciſcum. Nam,
cum dixiſſet: Wenn die guten Geiſter denen
Frommen zum Schutz und zur Verwahrung die‐
nen, warum ſolten ſie denn nicht auch denen Böen
zur Straffe und Peinigung ſeyn können? statim‐
ſubiungit, weſwegen ſie ſelber aber nicht böe
werden, quo ipſo fatetur, Spiritus bonos non po‐
ſte malos vocari, vel malorum, cum significatio
ſemper eadem maneat, & ſubſtantiuum pro Ad‐
jectiuo ponatur, deſtruitque adeo, quod verbis
modo adſtruixerat prioribus: daß die Geiſter
mehr nicht, als nur von einerley Art p. 61. Vſu‐
denique loquendi Scripturae perpetuo cogitatio‐
nes & prauae concupiſcentiae audiunt, פְּנַיְמָה לְבָבְךָ figmentum cogitationum cordis
malum Gen. 6, 5. & 8, 21. σάρξ, τὰ Θελήματα
τῆς σάρκος καὶ τῶν διανοῶν, ἐπιθυμίας τῆς σάρκος,
τὸ Φρόνημα τῆς σάρκος, σάρξ σὺν τοῖς παθήμασι,

σώ-

σῶματά τε θανάτος, τὰ μέλη, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πάθος,
ἐπιθυμία κακή, παλαιὸς ἀνθρώπος, καρδία, διά-
νοια, λογισμοί, διαλογισμοί, ἐνθυμήσεις, Matth.
9, 4. Joh. 3, 6. Eph. 2, 3. cap. 4, 18. 22. Rom.
7, 7. 8. cap. 8, 7. 27. cap. 2, 15. Coloss. 3, 5.
Luc. 24, 38. Luc. 11, 17. At vero Diabolo-
rum appellaciones ad malas cogitationes trans-
ferri, si nomen Spiritus exceperis, nullib[us] reperi-
es, & nec hoc quidem sine vilo discrimine.
Diesen Gebrauch der Wörter steht uns nicht zu,
zu verändern, sonst würden wir einander niemner
recht verstehen, egregie monetur a Bekk. L. II.
c. I. S. 15., cui monito si locum dare voluisse
Franciscus, non adeo fluctuasset, non tam anticipati
cogitandi cura distractisset animum, sed suis
potius se facile extricare potuisset erroribus.
Robur autem sic magis perspicitur argumenti &
enthymematis, quod iam subiungo, & haec tenus
dicta confirmatur censeo. Nam Diaboli (quod
eorum nomen tricies bis in Scriptura occurrit)
a Scriptoribus θεοπνέυστοις etiam vocantur 1) Πλάκις רעם Pl. 78, 49., ἄγγελοι τῷ Διαβόλῳ,
Matth. 25, 41. Ap. 12, 7., non, ἐκ τῷ διαβόλῳ, quae
descriptio hominum impiorum est, Joh. 8, 44.
1. Joh. 3, 8., non enim temere creditur, Matthaeum
asserere, ignem infernalem paratum esse Di-
abolo, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτῷ, cum potuisset eti-
am dicere, καὶ τοῖς ἐξ αὐτών, ut inter Diabolos, &
homines κατηραμένοις, notabilem constitueret
differentiam; 2) lexagies ter τὰ δαμόνια, quae
opponuntur irregenitis, vera, viua & saluifica fide
destitutis, & adhuc contremilscunt, quae vocan-

ur nomine promiscuo πνέυματα, Luc. 10, 17. 20.
 & cum addito ἀκάθαρτα una & viginti vicibus
 Marc. 1, 23. 26. & 27., πονηρά nouies Act.
 19, 13. non αἴμα, non σάρξ, Ephes. 6,
 12. quae ipsa in Sacerdotes sanctorum non conve-
 niunt: in singulari 3) ὁ Θεὸς τὸ αἷμα τότε, 2. Cor.
 4, 4. ὁ ἄρχων τὸ κόσμος τότε Joh. 12, 31. ὁ ἄρ-
 χων τῆς ἔξτασις τὸ αέρος Eph. 2, 2. Βεελζεύς, ὁ
 αὐχων τῶν δαιμονίων Marc. 3, 22, Matth. 12, 24.
 4) Σᾶν serpens Gen. 3. Ἰτα aspis Ps. 91, 13., ὁ
 ὄφη Euæ seductor 2. Cor. 11, 3. Draco e coelo
 delectus, descendens ad incolas terræ Apoc. 12,
 7. 9. 12. 5) Ἡρός, Leo ferox & immanis Ps. 91,
 13., λέων ἀριστόμενος 1. Petr. 5, 8., 6) Πῦρ, consilium
 numerandi populos suggestens, 1. Chron. 21, 1.,
 & Jobum vleeribus percutiens, a facie Dei egre-
 sus, h. c. permissionem naestus Job. 2, 7. ὁ Σατα-
 νᾶς Matth. 12, 26., modo βεελζεύς dictus v. 24.
 & generaliter ὁ Διάβολος Act. 10, 38., per apposi-
 tionem ἄγγελος σαταν 2. Cor. 12, 7., quae appellatio
 de hominibus non occurrit in sacris pande-
 stis, ὁ ἀντίδηκος ὁ κατήγορος, e coelo deturbatus 1.
 Petr. 5, 8. Apoc. 12, 9. 10., ὁ ἐχθρός, collatus cum
 homine inimico zizania spargente Matth. 13, 25.,
 28., Filio hominis e diametro oppositus, qui non
 est nudus homo v. 37., & ob hoc non nomine
 proprio alicuius hominis, sed expresso nomine
 Diaboli signatus v. 39., a quo, tanquam causa
 principali, quasi semē proueniunt οἱ νιοὶ τὰ πονηρά,
 eripientis verbum ex cordibus hominum, pariter
 a curae seculi eripiunt v. 19, 22. & contra a Fi-
 lio

lio hominis sunt ὁ οὐοὶ τῆς βασιλείας v. 38., & tandem, plerisque his Synonymis ἐξηγοῦνται coacervatis, ὁ Δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλέμενος Διάβολος καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν ὁμηρίαν ὅλην Apoc. 12, 9., & in oppositione ad Christum, Belial, 2. Cor. 6, 15., itemque in oppositione ad Deum, qui a Saulo recesserat, Spiritus malus, 1. Sam. 16, 14., coll. 28, v. 15. E. Diabolis sunt distinctae ab Angelis bonis, hominibus, hominumque prauis cogitationibus, Substantiae,

Progrederior ad Classem III., quae Diabolorum Operationes complectitur; suntque vel immanentes, quae in ipso Diabolorum intellectu & voluntate terminantur, vel transeuntes, quae in alio subiecto extra illos recipiuntur. Has Baierus prolixè exposuit in Comp. p. 283. sqq. Dn. Praef. in Coll. Bai. MS., & in Coll. Polem. MS. in Controv. rec. Q. II., nec non in Exam. Daemonol. Cord. p. 111. Illas autem quod attinet, in Intellectu astutia suum habet hospitium, 2. Cor. XI, 3., Eph. 6, 11., stupiditas in rebus spirituallibus, de quadem Bai. I. c. p. 282., itemque fides illa historica Jac. 2, 19. Marc. 1, 24. 34., c. 3. 11., Luc. 4, 41. Act. 16, 16., 17., in voluntate menda- cium, Joh. 8, 44., ira & indignatio Apoc. 12, 12., 17., odium & invidia Sap. 2, 24., 1. Petr. 5, 8., dolor & desperatio Jac. 2, 19. Apoc. 20, 10., in appetitu ἀπιθεματικό Joh. 8, 44. Et de Operationibus transeuntibus vti ex antecedentibus loca adhuc repeteo, 1. Sam. 16, 14., coll. 28, v. 15., Job. 1, 6., sq. 2, 1, 2, sq. 1., Joh. 3, 8., Matth. 4, 11.; ita ex

iis sic argumentor; Quicunque Spiritus coram Deo apparet in medio Filiorum Dei, per totum terrarum orbem mira celeritate discurrit, obseruat attente singulas singulorum hominum actiones, & aduersus eos Deum incitat, successione sua Spiritum Domini excipit, rursus ab hominibus discedere coactus, Angelos bonos habet Successores, opera sua Christi natiuitate soluta expertus est secus, ac finis incarnationis Christi respectu hominum describitur, Matth. 18, 11., Luc. 19, 10., protoplastis nostris, in statu innocentiae constitutis, felicitatem inuidit, παθημας sentit, in quas, tanquam in obiectum suum, fertur το θέλειν impiorum hominum, Ille est distincta Essentia ab Angelis bonis, hominibus, hominumque vitiosa natura, Atqui Diabolus. -- -- E. --

§. III. Vult hoc Scriptura, testantur sensus, suadet etiam Ratio, quae nominatim de Oraculis memoriae prodita sunt, expendens. Oraculum sane Apollinis consulentibus Atheniensibus praedixit, incepta eorum prospera futura, si Miltiade Duce vterentur. Lacedaemonii omnia ad Oracula referre consueuerunt, nam ipsis initica Aduersariorum consilia haud raro apparuerunt. De Oraculo Hammonis antiquissimo, & circa A. 1902. illustri, vidd. Schled. Synops. Hist. De orac. fatid. p. 14., Moeb. de Orac. p. 47. §1. §2., de Dodoneo & Delphico, Moeb. c. 4. p. 53. 54. 56. 113., Eul. Praep. Eu. L. 5., Dyckins. Delph. Phoen. p. 9. 80. 81. 85. 60., Pocock. Spec. Hist. Arab. p. 90. 91., vbi etiam de Arbori dignitatis-

ce agitur, & Maiol. dier. canic. p. 473. sqq. Huc referendi sunt Teraphim, ex quibus, Diabolum Sabiiis responsa dedisse, probant, Pocock. l. c. p. 89. 95. 139. sqq., Pfeiffer in Disp. de Teraphim §. 17. Michael in Not. ad Gaffarell. p. 203., Bern p. 522. sqq. Vidd. Loca Script. Gen. 31., 19., 30., 34. 35. Ezech. 21., 21., Zach. 10., 2., itemque Zemees, de quibus ita Bern p. 656., Petrus ab Angelaria erzählt, daß des Königs Guamaret Zemen offt für Zorn in die Wälder entfloßen, und drohe denen Caraiben, wenn sie Ihm nicht besser dienen würden, wolle Er den Aignan unter sie senden, d. i. die Teufel, welche Ihnen auch oft erscheinen, und sie grausam zerschmeissen. Rog. Offene Thür zum Heydenthum p. 971. 974.

§. IV. Illa autem Oracula vel ab Homini-
bus profecta sunt, vel a Deo, vel a Diabolo. Ab
hominibus profecta non esse, probant citati Au-
tores, & in his Moebius p. 118. sqq. & Bern p.
588., quod talia fuerunt praedicta, quae ab homi-
nibus praedici non potuerunt, ut obitus & ad-
ventus longissimo locorum intervallo sciuncto-
rum &c.; probant Zemees, de quibus modo di-
ctum est: probat imaginum nonnullarum, ex
quibus oracula edebantur, angustia, nullum o-
mnino hominem capientium, qualis erat auis Ro-
manorum in monte Garizim ex cupro facta, Sa-
maritanos accidentes hac voce prodens, Ebrae-
us: & canis cypreus latrans, quoties piratae se o-
stenderunt, Vidd. Pfeiff. Diss. cit. §. 10. ex
Chron. Samarit. c. 46., & ex Justi Jud. Chorogr.

Hotting. Hist. Or. l. i. c. 8. p. 188., nec non
 Gaffar. Curios. c. 3. & Mich. in Gaffar. Patet
 id etiam ex eo, quod ex brutis animantibus ora-
 cula acceperunt Mexicanii, Bern. p. 659., Rog.
 p. 945. Quis ergo in his latuerit? quis ex aliis
 idolis voces ediderit, ut dolus ab hominibus per-
 spicacissimis nunquam animaduerteretur? Cer-
 te, simulac Sacerdotes fanorum corrupti aliqua
 callide fecerunt, statim inuentus est Demosthe-
 nes, qui, detecta fraude, dixit, Pythiam Φιλιππί-
 Σεν, i. e. quasi cum Philippo facere, Cic. r. iv. Opp.
 L. II. de Diu. p. m. 256.: in eo autem Cicero fal-
 litur, (& falluntur cum eo moderni Nouatores)
 quod Responsa omnia Delphica, quoniam, quo-
 modo euauerint, capere non poterat, ad hu-
 manam astutiam referre videtur: ignorabat enim
 coccus gentilis, euauisse ex praedictione diui-
 na, & vi nativitatis Christi futurae, ut soluerentur
 opera Diaboli, i. Joh. 3, 8. Es. 61. I. Nunquam illud
 Oraculum Delphis tam celebre & tam clarum fu-
 set, neque tantis donis refertum omnium populo-
 rum atque Regum, si actas illa satis perspicax, a
 vafris hominibus sibi illudi, comperisset. Dn. En-
 gelschall p. 688. A Deo non fuisse, inde proba-
 tur, quod homines saepissime fefellerunt verbis
 obscuris & ambiguis, ut manifestum est ex illo
 Pyrrho & Croeso dato responso. Vidd. Cic.
 l. c., Bald. Cal. Consc. p. 584., Grot. de V. R.
 pp. 112. 115. 118., Bern. p. 586., & Moeb. p. 34.
 35. 98. 202. Relinquitur ergo tertium, quod sint
 a Diabolo profecta, ac proinde omnino existant
 Di-

Diaboli, ab hominibus, hominumque corrupta
natura diuersi. I. Q. E. D.

S.V. Perpendensque Ratio, Paganorum sacrifica-
na fuisse crudelitatis plus quam humanae, non
potest non ad Diabolorum existentiam deduci:
& humano sanguine Dii placabantur, quod Gen-
tilibus in contumeliam obiicit Tertull. Apol. adu-
gentes p. 41, 122., Infantes, inquiens, penes Afri-
cam Saturno immolabantur palam, -- cum pro-
priis filiis Saturnus non pepercit, extrancis vtique
non parcendo perseverabat, quos quidem ipsi
parentes sui offerebant. Idem eloquuntur, O-
ctauius apud Minucium, Justinus Martyr Apol.
ad Senatum Rom., Lact. L. I. diu. Inst. c. 21.,
August. L. 7. de C.D., & Viues in Adnot., qui
citat & Orosium, Trogum, Platonem, Dionem,
Halicarnasseum, Theod. Cyrenensem in sacr., Euf.
Praep. Eu., Diodorum Biblioth. L. 20., & locum
hunc Tertulliani, exempla praeterea afferentis
Gallorum, qui non infantes, sed virilem aetatem
non Christo, sed Mercurio, jugularint, quo de
more etiam videri potest Plinius L. 8. c. 22.; &
de ipsa Roma, ecce, ait, in illa religiosissima vrbe
Æneadarum piorum est Jupiter quidam, quem
ludis suis humano proluunt sanguine. Plura vi-
de apud Pamelium in Adnot. ad Tertull. Apol.,
& ipsum Tertull. p. 42, 128., Grotium de V.R.L.
2. §. 11, & in Analect. celeberrimi Dn. D. Cy-
priani; deque Peruanis, qui malo Deo, ad eum
expiandum, homines immolant, egit Rogeri
Thür zum Heydenth. p. 986. 989. sq.

§. VI. Haec, inquam, dum expendit Ratio,
a solis hominibus profecta non esse, aut naturali
aliqua hominum facutia, facile simul colligit.
Nam, cum in primis homo in suam sobolem natu-
rali quadam propensione feratur, nos humana est
cruelitas, qua ab hominibus homines innocen-
tes, iique amicissimi & coniunctissimi, Filii a Pa-
rentibus, frustra mactantur. Sequiturque in-
didem, illos a superiori aliquo principio eò fuisse
adactos. Ab uno adactos fuisse, manifeste im-
plicat; nam per hoc ipsum bonum esse desiisset:
non enim mors vitae magis aduersatur, quam
bonitati tanta cruelitas, quae alterius sanguine
pascitur: E. (liceat mihi ita sine Manichaeismo
loqui) malum principium est, quod hominum
cruore ab hominibus coli vult, quodque a se coli
ipsi Gentiles norunt, vt, Armianum a Persis, a
Graecis Cacodaemonas, Veiouem a Latinis, & ad-
hucdum Tietemes & Juhle a Lapponibus, Rauia-
nam ab Asiaticis, Chacam, Tiedbaik, Gokis, i-
magines Turcamparo, Nadelgau & Vzangaen-
abo a Japonibus & Chinensibus, a Mexicanis
notissimum omnibus Vitziliputzli, alios ab aliis.
Vidd. Bern pp. 610. 611. 614. 621. 622. 627.
630. 632. 644. 657., &c, quos Hinckelmannus
citat in detect. fund. Böhm. p. 87. Addantur
Rog. c. l. pp. 262. 563. 564. 570. 617. 650. 878.
851., & passim Dapper Beschr. Sina p. 109., &
Dn. Consiliarii Cameralis Gothani, Jo. Wilhelmii
Vogelii, Ost-Indianische Reise-Beschreibung pp.
119. 122. 123. 194. 634. 695., Grotius de V. R.

P. 186

p. 186 sqq., Dn. L. Schwarzii Disp. de Contemptu
ver. Ev. p. 20., in primis autem Loca Scripturae,
2. Reg. 17, 17., 21, 6., 2. Chron. 33, 6., Ps. 106., 37.
1. Cor. 10, 20., ex quibus omnibus perspicitur,
immania Paganorum scelera non ita corruptae
naturae tribuenda esse, ut non etiam ipsi Diabo-
lo, quem coluerunt, accepta ferantur.

Conseqt. II. Magna est Diaboli potentia illa
quidem, sed tamen valde comminuta.

S. I. Vtrumque, & ex haec tenus dictis, in primis
de Diabolorum appellationibus ac operationibus,
probatur, & nostra docet historia. Prius ex
tribus rebus maxime cernitur: 1) ex corporia
humani assumptione, apparitione, articulataque
vocis effictione, cuius ipsius rei exempla habe-
mus etiam in Scripturis. Vid. C. I. §§. 4. 5. 7. 10.
12. 13. 2) ex Sweickershusanorum seductione,
& impetrata manuum stipulatione, qui summus
est Diabolicae potentiae gradus. Pertinet huc
seductio omnium prima Gen. 3., quae Satanae
tribuitur 2. Cor. 11, 3., 14., & ex prima orta, Cai-
ni, i. Joh. 3, 12., Davidis, i. Chron. 22, 1., Judae,
Luc. 22, 13., Ananiae, Act. 5, 3., τὸν αἴσθατον μένον
per Anti-Christum, 2. Thess. 2, 9., 10., 11., τῆς οἰ-
κείμενης ὄλης, Apoc. 12, 9., Act. 26, 18. Hinc di-
citur περιπλέουν καὶ στένουν τίνα καταπίπ. i. Petr. 5,
8., hinc, qui dicitur cere student, incidenteis περι-
πλόν καὶ ταύτα sc. τὰ Διαβόλα, quod vocabulum
explicationis ergo addit. Clarem., i. Tim. 6,
9, 2. Tim. 2, 26. 3) ex iniecta Schweickers-
husanis formidine, Sap. 17, 4., Ps. 78, 49.

S. II. Posteriori ostendunt pariter; 1) Schweic-
kers.

kershusanorum, propositis quidem praemiis,
 ad manuum porre^tionem sollicitatioⁿ: cogere
 eos per vim non poterat, potuissent resistere o-
 mnino, Jae. 4, 7., quod probe seit Diabolus; idcir-
 co autem praemiis allicere studet, quos violentia
 ad se perfrahere non valet. Egregia est hac de-
 re meditatio Joh. Arndii in Postill. Conc. III.
 Dom. Inv. p. 363. Der Teuffel kan nichts thun
 ohne des Menschen Willen, darumb steht Er als
 ein Pracher und Bettler umb des Menschen Wil-
 len, der Mensch soll sich Ihm ergeben, daraus bille-
 lich der Mensch seine Hoheit erkennen sollte, daß
 sein Wille höher sey, denn alle Gewalt des Sa-
 rans, und da siehest du und verstehest deine geistl.
 Freyheit, daß dich Christus vom Teufel erlöset hat,
 darumb kommt der Bettel-Hund, und will dir die-
 se Freyheit wieder nehmen, und will deinen Willen
 haben, daß du dich Ihm wieder ergeben sollt: O hüte
 Dich, Er kan dir nicht ein Härlein krümmen, wenn
 du nicht willst: 2) negata infantis postulatio;
 haec vis est Diaboli in pios, ut ne minimum qui-
 dem infantem, illis inuitis, attrectare possit, ne-
 dum auferre: 3) vana mortis comminatio; mi-
 nari potest mortem, inferre non potest. En!
 Christi incarnationis, dominium mortis Diabolo
 abrogantis, Ebr. 2, 14., omniaque ejus opera sol-
 ventis, I. Joh. 3, 8., atque adeo caput serpentis
 cōterentis Gen. 3., fructum & efficaciam, quam
 minuunt, qui omnem Diaboli potentiam negant.
 Add. Dn. Praef. I. c. p. 118. sqq., Quenst. in Syst.
 P. I. p. 455. sqq., & Hafsenreff. in LL. Theol. p.
 205.

Con-

Conseq^t. III. Dantur omnino Spectra.

§. I. Non est sermo de imaginariis, de quibus ipsis nempe videri possunt, Lavaterus de Spectris L. I. a c. II. vsque ad C. XII., Wier. de Praest. Daem. L. 2. c. 24, sqq., Del-Rio Disquis. Mag. L. II. p. 233., D. Dietrich in der Erklärung des Buchs der Weisheit P. I. fol. 951., Russinus. LXI. H. E. C. 25., Reuter im Reich des Teuffels P. III. p. 619. & qualia complura sunt a Bekkero enarrata L. 4.: sed sermo est de diabolico & veretralibus.

§. II. Quorum nempe exemplum singulare nostra oculos ponit historia; habentque exempla plura, Schott. de Mirab. Spectrorum, & in Phys. Curiosf., Alexander ab Alex. L. 2. gen. di-er. c. 9., Schererius de Spectris, C.F. Rom. I. c. §. 33., Misand. in Delic. Hist. 308. sqq., Lauater. a c. 12. vsque ad c. 18., Francisc. in infernali Proteo, Zeiler in Exempl. Tragic., Harsdörff., Speidel. in Notabilib., Mengering in Homilet. qq., Lael. Bisciol. Horar. subcisi. L. I. c. 4., Glanvil I. c. P. III. in primis, p. 24. sq. Add. M. Drechsler's Disp. de Spectris, Bern p. 955. sqq., Suetonius in Nerone c. 34., in Calig. c. 39. in Oth. c. 7. Kirchmai. Disp. de Apparitionibus Spectror. & Spir. c. I. §. 9. ubi, Martino Schookio, Prof. Viatrino, spectra inficiato, quid obuenierit, exposuit ex Erasmo Francisci.

§. III. Experimentis autem his Sensuum annetendac sunt rationes de assumptione corporum supra allatæ, defendoq; omnino, nec Christi Disci-

pulos, cum illum viderunt in mari obambulante, adeo perturbari potuisse, nec Christum illos in errore relictum fuisse, & tantam superstitionem confirmaturum, nisi omnes veritatem huius doctrinae agnouissent, Matth. 14, 26. 27., Luc. 24, 37., Joh. 6, 19., Marc. 6, 49., Dn. Engelschall p. 723. Heidegg. Corp. Theol. Christ. f. 297. Bai. Comp. p. 287. Christus certe ex officio suo propheticō formare debebat non tantum mores, quod putat tamen Bekk. L. II. c. 28. & p. 230., sed etiam refutare errores: nam, vbi male creditur, ibi male vivitur, ne tantum vita, sed etiam doctrina, Deus colitur. Agnoscit hoc, quod modo negauerat, Bekk. L. IV. p. 306., vbi τὴν ἐνστήσεαν sic describit: Die Ehrbeweisung besteht nicht so sehr in dem äußerlichen, als in dem innerlichen, also, daß es darauf ankommt, was der Mensch in seinem Herzen hat, mit was für Meinung Er zu GOD kommt, und Ihm Göttl. Ehre erzeigt. Quia igitur talem quisque cultum Deo praestat, qualem de eo habet cognitionem, pertinebat ad officium Christi Propheticum, euellere errores ex animis Judaeorum, & deinde formare mores: utrumque in officii sui administratione coniunxit, & pari studio tractauit: nec disjunctionem voluit fieri. Operibus carnis accensetur etiam haeresis, Gal. 5, 20. Hinc, cum doctrina de Creatione nullis Judaeorum erroribus esset inuoluta, hanc ex doctrina de prouidentia Matth. 10, 30. Joh. 5, 17., pluribus forte erroribus obnoxia, intelligendam reliquit, exitiosum de Rengno

gno Messiae mundano errorem, omnis calamitatis Judaicae originem ac fontem, obstrueré nunquam deflxit, & Regni sui in altera vita rationem pro statu huius vitae latet clare explicauit Luc. 22, 29. 30., quam intellexit etiam Latro c. XXIII. 42. 43., Pythagoraeam μετεμψύχωσιν hec ipso loco haud obscure reiecit, sicut in reliquis omnibus, in quibus piis animabus, a corporibus separatis, immediatam salutem promittit, pariter reliquas doctrinas ab erroribus purgavit, quoties id postulabat hominum, ad quos loquebatur, conditio, scopus & occasio dicendi: neque idcirco Discipulorum opinionem de Spectris sine reprehensione praetermisset, si erroneam habuissent.

Consect. IV. Paēta cum Diabolo ab hominibus & possunt iniri, & inita sunt saepius.

§. I. Testatur hoc praelens exemplum, specialiter ex parte Satanae pollicitatio, ex parte Schweickershusanorum, manuum porrectio, stipulationis indicium; testatur Christi Apologia, pacta cum Diabolo non negantis, sed contra Iudeos ab imputato crimen, quasi Diabolorum opera adiutus Diabolos ciiceret, se purgantis, illudque in ipsis retorquentis Matth. 12, 24.

§. II. Idem eloquitur tot Magorum Sagarumque nuinerus, in quo erant, Manasses, 2. Reg. 21. 6. 2. Chron. 33, 6., conf. 2. Reg. 17. 17., Muliercula Endorina 1. Sam, 28. 7. sqq., de cuius necromantia peculiares Dispp. consignauit Dn. Prof. noster L. Schwartz, Simon & Elymas Act. 8, 9. c. 13, 8., & primo loco commemorandi Magi AE-

gyptiorum Exod. 7. 11. 8. 7. Jannes & Jambres, Conf. Bern de Chald. & Sabiis p. 525. sqq., de Arabibus p. 532. sqq., de Ægyptiis p. 541. , de Romanis p. 590., de Lapponibus p. 611. sqq., de Asiaticis p. 614. 624. 635., de Africanis & Americanis p. 642. sq.. de Peruanis p. 648. sqq., de Judaeis & Muhammedanis p. 674. sq. 684. sq.

§. III. Corroborant assertionem tot stupendi effectus & operationes Magorum Sagarumque, communem hominum potentiam ac malitiam prorsus excedentes. Ad illos referenda sunt, arcanorum manifestatio & futurorum praedictio ex commercio cum serpentibus, qui modus diuinandi Arabum fuit, ex intestinis, ex crystallis &c. per certas herbas mortuorum, aliarumque specierum, repraesentatio, ianuarum occlusarum reclusio, oculorum fascinatio, mirandarum turbelarum in phantasia dormientium excitatio, classium expugnatio ad immisionem virgulac in certos virunculos ex certa massa factos, qualis de Alexander M. refertur, ventorum commotio ad nodorum solutionem & doliorum aperturam, quam de Indis & Lapponibus narrant, corporum ad remotissima loca transportatio, morborum immisso, lignorum, acuum, cultrorum, pilorum, aliarumque rerum in corpus hominis inieccio, Schefferi Lappland cap. XI., Kirch. Oed. T. I. P. 2. Cl. 2. c. 2. p. 440., P. I. Synt. I. c. 9, p. 73., Proclus Lib. de Sacrif. & Magia, Callisth. de rebus Alexandri, Greg. Mich. in Gaffar. 268. 272. 273., Wierus L. 4. de Praef. Daem., Mercklin de Incantamentis,

Voigt

Voigt de conuentu Sagarum ad sua Sabbathia Sect.
 III. §. 3., Remigius L. 2. c. 18. Daemonol. p. 284.,
 Seld. de Dis Syris Synt. I. c. 2. p. 113., Bochart
 Hierozoic. Part. I. p. 21. 22., Bern p. 526. 533.
 624. 612. 615., vbi, crystallorum usum magicum
 adhuc obtainere inter Germanos, conqueritur,
 probatque exemplo anus, quæ virginis fata matri-
 monii futuri, vti & infecuta sunt, in crystallo o-
 stenderat, inspectante Ristio, qui rem enarrat in
 der Brach-Monaths Unterredung p. 153. sq. De
 morborum incorpora hominum per sagas immis-
 sione testis etiam est ipse Dn. Parens meus, cu-
 ius in libris me sequentem legere memini histo-
 riā: A. 1697. ward eine ledige Dirne durch
 Gottes Verhängniß von einer andern also bezau-
 bert: Die Dirne hatte bey hellem Tag, auf dem
 Weg nach Buchenroth, darüber ihre Feindin ge-
 hen müssen, Todten-Haar, Eyer-Schaalen &c. ge-
 streuet; als nun die andere eine Burde Gras trax-
 end, den ersten Fuß darauf gesetzt, fiel sie zur Er-
 den, und ward an Ihr erschreckliches Zittern und
 Zagen gesehen, die Sprache verfiel, doch der Ver-
 stand war noch gesund; als ich nun in Erfahrung
 gebracht, daß sie der Hureney ergeben gewesen,
 Farren-Samen zwischen einem Bauers-
 Bursch und einer andern Dirne aus Eyfer ge-
 worffen, und deswegen auf dem Hohenstein die
 Geige tragen müssen, sprach ich Ihr also zur.
 Similem historiam de Puella Zittauensi incanta-
 ta, quae A. 1701. d. 7. Dec. locum, in quo aqua
 ex olla in gyrum quasi effusa ac dispersa vide-
 batur,

batur, supergressa, mox horrore membrorum &c. prehendebatur, assert Dn. Praef. in Nouis Spectral. & Mag. Theor. IX. ex Westphali Pathol. Daemon., N. L. G. A. 1706., & A. E. A. 1708. p. 130.

§. IV. In Operationum, naturalem hominum malitiam superantium, censum veniunt: DEI, omnisque diuini cultus attentata totalis euersio, eoque fine audacter facta diuinorum miraculorum aemula imitatio, corumque publica & hostilis oppugnatio, ranarum productione, immutatione baculorum in serpentes, aquae in sanguinem, Exod. 7, 11., 22., c. 8, 7., Act. 13, 2., 8., 10., hominum sapientissimorum quae sita dementatio, atque a Deo & fide auersio, diuini honoris affectatio, per filiorum immolationem publica Diaboli veneratio, atque adeo veri Deie throno suo deturbatio, Jer. 27, 9., Act. 8, 9.. 10., 11. c. 13, 7., 8.

§. V. Consentit porro propria Magorum Sagarumque confessio, ea que non extorta, sed libera & spontanea, conueniens omnino cum testimoniiis, per multa iuramenta pridem datis. Luctulentum sane confessionis huius exemplum affert Glanvil P. III. p. 58. 59. Merenturque conferri, Anglicani Edit. judicium p. 71, Moriliterae ad Glanviliump. 118., nec non p. 246., vbi, & Viros criminis huius reos fuisse, perspicietur. Quid? quod A. 1707. speciem honestae foeminae praeferebant muliercula, & peregre aduenient, sed concione Parentis mei, contra Magiam, commota, domum ingressa nostram Ipsi, ab ignota

ignota hac persona nil minus expectanti, nec
quaerenti, ingenue fassa est pactum cum Diabo-
lo initum, voluitque a potestate Diaboli liberari,
ex crystallo si placeret, Ei se ostensuram polli-
cita simul, quaecunque Coburgi agerentur, &
quae ls scire cuperet; quod quidem negavit se
passurum, ex officio autem a pacto Diaboli, &
Dei ope, ipsam liberaturum, & instrumenta ma-
gica, modo illa afferret, more Apostolico se
combusturum respondit. At illa postridie reuersa
mutauit consilium, causam interlerens, inedia si-
bi pereundum, si destinata perficeret, &c, nullo
sic admonitionibus relicto loco, se subduxit.
Adeo erat a Diabolo excaecata, verbum e corde
eius rapiente. Similem Studiosi cuiusdam con-
fessionem affert supra laudatus Dn. Consil. Came-
ralis, Vogelius, in Ost-Ind. Reise-Beschr. pag.
42.

§. VI. Negligere autem confessionem eiusmo-
di propriam & liberam, spernere tot iuramento
corroborata testimonia Sagarum cum ipsa con-
fessione accurate conuenientia, hominumque
diuersi sexus & status, tot stupendos Sagarum
effectus, saepe in sensus incurrentes, negare,
consensum omnium populorum & temporum
omnium constantem ridere, leges diuinias, ea-
rumque executionem, Exod. 22, 18., Lev. 19,
31., c. 20, 6. & 27., Deut. 18, 10. 11. 12., I. Sam.
28, 3. 9. El. 47, 9. Mich. 5, 12. Act. 13, 11.
19, 19. Gal. 5, 20. Apoc. 21, 8. 22, 15. in alienum
& peruersum sensum rapere, humanas in-

iustas pronunciare, damnare iudicia, quae tot
fagis exquisitissimis cruciatibus & acerbissimae
morti voluerunt subiici, Magistratus, in causis
istis tam circumspecte, tam prudenter proceden-
tes, & testimonia cum ipsis sagarum confessioni-
bus studiose conferentes, omnes & singulos, &
populorum omnium, a Deo necessariis noxios
ab innoxii discernendi donis instructos, vt ne
impium aboluant, & iustum condemnent, Deo-
que fiant abominationi, proindeque non sine
summa in ipsum Deum iniuria, tanta vel stupi-
ditatis, vel improbitatis accusare, vt innocentes
dirissimis cruciatibus hactenus male affec-
rint: id sane temerarium est, & periculosum.
Conf. D. Mercklin de Incantamentis
in praef., Voët. Dispp. Part. III. pag. §43.,
Ghirland, lamiarum prudens Examinator, de
Sortil., Danaeus de Sortiariis, Sprengeri Malleus
Malef., Carpzovii, & Damhouderii prax. Crim.,
Walburgeri Diss. de Lamiis, D. Alberti Disp. de
Sagis, Godelm. de Mag., Albrechts Magia, &c.
Ego, quia nonnullae adhuc supersunt Francisci
de Cordua Objectiones, ad has etiam discutien-
des & remouendas progredior.

CAP. III.

Porismatico - Elenchiticum.

Conseq. I. Experimentum nostrum non est
Ἄγραφον.

§. I. *Ἄγραφον* certe dici non potest, quod ni-
titur tot Scripturae utriusque foederis luculentis

te-

testimoniis, & miror omnino, quid sit, quod, cum
Franciscus, N. T., vtpote in quo, sicut doctrinis
reliquis, ita & huic, de existentia, potentia, & ope-
rationibus Diabolorum, lux affulget clarissima,
diffusus, ad libros V. T. prouocet, in quibus minor-
rem nouit esse perspicuitatis gradum; non hos ad-
oriatur, ex quibus tot loca pro sententia nostra a
nostris afferri nouit, nosse saltem potuit &
debuit; sed in dictis Scripturae N. T., iisque cla-
rissimis, Eph. 2, 2., 6, 11, 12., & ex 2. Cor. 11,
14, 15., ingenii sui periclitetur calliditatem. At
& sine felici successu periclitatur. Nam
quod ex Theologis nostris demonstrabo, in me-
dium profert solū, quod jam pridem ipsi in Da-
vide Georgio & Bekkero reprehenderunt, o-
mniaque illa loca, vel de insidiis gentium & Ju-
daeorum, quas struxerunt Christianis, vel de viti-
ositate naturae, in renatis reliqua, quando ex-
plicat, p. 55., 56., 132., quanti habenda sit haec in-
terpretatio, ex iis facile intelligitur, quae de vſu
loquendi Scripturac perpetuo supra a me sunt
disputata. Nempe, non fingenda erat interpre-
tatio, fed probanda ex Dictis Scripturae ejusmo-
di, quae II. cc. vel de Gentium Judaeorumque ma-
chinationibus, vel de corrupta hominum natura,
explicant, non illis, quae persecutioes Christia-
norum probant. Thesin aliquam ex Scripturis
arripere, & ad illam loca quaevis, peculiarem
proponentia doctrinam, detorquere non licet.
Francisco, nisi ls ex praecognitis opinionibns
disputare, & finxisse indidem interpretationes

videri velit, ciusdem sic criminis, cuius alios insimulat, reus.

§. II. Vt autem ad ipsa Loca, a Francisco speciatim impugnata, accedam propius; ad Locum Eph. 2, 2., quod attinet primum, de persecutionibus nec volam nec vestigium inuenio in toto capite, vel in versione Germanica, vel in textu authenticō; Sola gratia & misericordia DEI exageratur, cui soli debetur nostra ex seruitute Diaboli, peccati, & statu irae diuinæ, in quo olim eramus, in statum gratiae translatio; de prauis autem concupiscentiis in illo capite agi, negari non potest, nam v. 2. peccata & concupiscentiae carnis, in quibus omnes ambulasse dicuntur, expresse distinguuntur ab eo, quem Paulus vocat τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τῷ ἀρέπος τῷ πνεῦμα τῷ ἐνεργεύντῳ τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, & ita distinguuntur, ut a seculo huius mundi, tanquam ab exemplaricauſa; alia est concupiscentia carnis, alius mundus, alius ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τῷ ἀρέπος, τῷ πνεῦμα. Hunc Principem, hunc Spiritum a peccato non differre, nec peculiare ὑφιστάμενον constituere, tum demum probabit Franciscus, cum mundum hunc aspectabilem sublatum coincidere cum concupiscentiis prauis, offendere. Vti igitur morum similitudo non tollit mundi existentiam: ita nec Diaboli subsistentiam.

§. III. Obiectum certaminis fidelium, quod illis ad Eph. 6, 11. iniungitur, ad sc̄la desideria carnis, aut Gentilium molimina restringere, a scope, & verborum Apostoli cohaerentia, alienum

num est. Inde a v. 1., vsque ad v. 9., officia tradit mutua parentum & liberoium, herorum & seruorum, v. 10., adhortationis suae quasi summam facit, & vv. sqq. strenuum certamen exigit a piis, in genere quidem contra omnes, qui pios ab illis, aliisque officiis, christiano homine dignis, ipsos vero Apostolos a constantia in annuncian-
do Euangelio, vel vi aperta, v. 19., 20., vel fraude,
v. 11., abducere conabantur; sed v. 12., in primis contra infidias Diaboli suos armat, quas per ho-
mines, tanquam per sua instrumenta, struit: &, ne
hominum infidias existimes, quae per homines a
Diabolo ponuntur, quem Cap. 2. vocauerat $\tauὸν$
 $\alphaἴχοντα τῆς ἐξγείας τὸν ἀέρος, τὸ πνεῦμα,$ eundem
iam elegan t harmonia v. 12. voçat in Num. Pl.
 $\tauὰς αἴρας, τὰς ἐξγείας, τὰ πνευματικὰ τῆς$
 $πονηρίας, i. c. τὰ πονηρὰ πνέυματα ἐν τοῖς ἐπγ-$
pariōis, spiritus malos in coelo aereo, in opposi-
tione ad $\alphaἴμα τὸ γόνη σάρκα$, carnem & sanguinem,
quibus vestitos esse negat, quibus cum Christianis
est pugnandum. Vnde vero ita argumentor:
N. qui dici potest caro & sanguis, & terrenus, est
primarium h. l. ex intentione Pauli fidelium cer-
tainis objectum, Atqui omnes Gentes dici pos-
sunt caro & sanguis, & terrenae sunt, omnes pra-
vae concupiscentiae dici possunt caro &c. E.
Neutrum est primarium h. l. ex intentione Pauli
certainis fidelium objectum: vel h. m. N.
homo in terra, N. prava concupiscentia in mun-
do, est spiritus in coelo. Atqui O. colluctator
Christianorum, h. l. descriptus, est Spiritus in coe.

lo. E. Colluctator Christianorum, h. 1. descriptus, non est homo, nec prava concupiscentia.

S. IV. Vim denique infert Franciscus verbis Apostoli 2. Cor. 11, 14., dum vi suae hypotheseos per Satanam nullum alium vult intelligi, nisi principem aliquem Judaeorum, aut Gentium, suos Diaconos ad recens conuersos mitten-tem, qui, speciem Apostolorum Christi praefere ferentes, illorum animos hac arte abducerent a simplicitate, quae est in Christo. Nam Paulus v. 3. digito quasi inuerso ostendit Satanam hunc, transformantem se in Angelum lucis, nempe illum, qui elegantis bestiolae, serpentis, forma indutus, decepit incautos protoplastos, quod non cedit in yllum hominem. Inepte igitur haec loca aesti- mantur ex iis, quae de persecutionibus agunt, a Gentibus contra Christianos concitatis. Vidd. Hunni Comment. p. 356., sqq. 528., sqq. 591., Estii Comment. T. I., p. 632., sqq., T. II., p. 14. 60., sqq. Joh. Clericus in Animadu. ad Hamondi Annot. in N. T., Marlorati Exp. N. T., Crocii Comm., Eilhardi Lubini Comm. in Epist. Pauli min., addanturque Autores a Dn. Prachide citati in Daemonol. Cord. Exam. p. 122.

S. V. Quae tandem contra Loca, quibus Cap. 2., Consecr. 4., §. 24., & 6., Magorum Sagarum que existentia confirmatur, de Chaldaeis, qui Cabbala abusi, & audiores gloriae, affinxerint vim rebus naturalibus non naturalem, & ad Ju daeos, a Judaeis ad Christianos, vana haec lo nnia sua propagarint, p. 71., sq., 74. sqq., satis je jung

iune effutiuntur, ex eodem Consect., ex stupendis hominum istorum effectibus & operationibus, quas peragi posse sine pacto cum Diabolo ipse negat Franciscus, itemque ex capitali supplicio, quo affectos fuisse nudos idololatras, aut deceptores, non reperimus, facili negotio cvertuntur, & concidunt simul cum suis obiectionibus Weber, Wastraff, Reg. Scotus, Bekkerus, aliiq, qui vocabulis Ebraicis, ll. cc. occurrentibus, negant designari operationes, ex pacto cum Diabolo peractas, sed vel per dolum, vel per arcana naturae, quibus accesserit idolatriae propagatio. Bekk. L. III., c. 4., §. 6. sqq., in primis c. 13., L. IV. c. 2., 3., 4. &c. Dn. Thomasius in furzēn Lehr-Gäzen §. 14., Glanvil. P. I., p. 65., P. II., p. 140., sqq., Engelschall p. 707.

S. VI. Speciatim, quae de Simone Magiae criminis falso suspecto, p. 73., nugatur Franc., ex Bekk. L. III., p. 55., coll. L. II., c. 17., §. 7., ex eodem Consect., & ex grauioribus Pauli in illum invectionibus, ac severis increpationibus, conuertuntur, qualis est, quod vinculo iniquitatis, quo se Diabolo ad omnem iniquitatem obstrinxerit, teneri dicitur Act. 8, 23. Neque enim pactum cum Diabolo clarius posset exprimi. Antiquissimum Patrum autoritatem omitto, quam conculcare, est, omnem historiam ecclesiasticam peruertere, quaque sublata, actum erit etiam de ciuili, amissa omnium rerum gestarum certitudo. Insigne certe iis, quae Patres de Simone Mago referunt, robur conciliat, quod Tertullianus in Apol.

D

adu.

adu. Gentes p. 51., & 200. cultum his exprobra^t,
 Simoni Mago praestitum, statuam & inscriptio-
 nem sancti Dei; itemque Justinus Mart. Apol. 2.
 ad Anton. sic scripsit: Post assumptionem Domini
 in cœlum produxerunt Daemones homines
 quosdam, qui se ippos Deos esse dicere^t, qui non
 solum nullam a vobis persecutionem perpetrati,
 sed & honorem sunt sortiti, vt pot. Simonem
 quendam Samaritanum, a vico, Gitton dicto, ori-
 undum, qui, cum sub Claudio Caesare, arte Dae-
 monum, per quos agebatur, magicas virtutes o-
 peratus esset, in Vrbe vestra regia, Roma, Deus
 existimatus, & statua a vobis perinde, ac Deus,
 ad fluenta Tiberis, inter duos pontes, honoratus
 est, Romanam hanc Epigraphen habens: Simoni,
 Deo sancto. Quae verba allegant Eus. H. E.
 L. 2., c. 13., ac Niceph. L. 2. c. 14., vt & Irenaeus L.
 1. adu. haeres. c. 20., conf. Pamelius in annot. ad
 Tertull. Apol., & Wallaei Comment. N. T., p.
 1106. Haec igitur vera nisi fuissent, Justinus
 mendacii confessim potuisset argui, puniri debu-
 isset ob factam iniuriam, nec Tertulliano & Ire-
 naeo idem gentibus obiicere licuisset impune,
 cum nec innocentibus peperecerint; nam, vt loqui-
 tur Tertull. l. c. C. 40., p. 82., 522., existimarunt,
 omnis publicae cladis, omnis popularis incom-
 modi Christianos esse causam.

§. VII. Ex Psalmis autem, Epistola ad Ebraci-
 os, & ex Apocalypsi, Loca ad confirmandam sen-
 tentiam nostram quoniam adducta sunt, vt iis-
 dem sua quoque constet autoritas, hoc loco non
 cat

est praeterendum, quod contra illorum autoritatem a Francisco mouetur p. 44, 49., 50. Et contra Psalmos quidem nihil, vnquam solidi moueri potuit; nam Christianum agnoscere decet autoritatem, quam agnouit Christus, quam agnoscere jussit suos discipulos, Luc. 24, 44. Epistolae ad Ebraeos Autorem Paulum esse, inuictis argumentis contra Fr. demonstrauit Dn. Praef. in peculiaride illa A. 1717. scripto Programmate pentecostali. Pronomen $\eta\mu\alpha\zeta$, quod Is urge videtur, per ἀνακόινωσιν & κοινωποίησιν, more solito, usurpat Paulus c. 2, 3., conf. 1. Cor. 11, 31., 32., c. 15, 51., Gal. 5, 25., 26., Rom. 13, 12., 13., itemque 1. Petr. 4, 3., Ef. 53, 3. Vnde sane Francisci argumentatio, Autor Epistolae ad Ebraeos dicit: Verbum salutis est confirmatum inter nos ab illis, qui illud a Domino in his terris versante immediate acceperunt, E. se profiteretur Discipulum Apostolorum, &, per consequens, Autor non potest esse Paulus, qui se quidquam ab hominibus in Euangelio didicisse inficiatur, Gal. 1, 12., c. 2, 6., non melius procedit, ac, si quis ex II. cc. concluderet, Autorem illarum Epistolarum facteri, se nondum deposuisse opera tenebrarum, ut sunt, κῶμοι καὶ μέθαι, κοῖται καὶ ασέλγειαι, ερις καὶ ζυλος, κενοδοξία καὶ φθόνος, proindeque Autorem non esse Paulum, qui idem 1. Cor. 4, 4., dixerit: nihil mihi conscient sum. Sicut non lequitur: Paulus est missus ab Apostolis ad Apostolos cum literis Act. 15, 2., & 22. E. est Tabellarius Apostolorum, & Seruus dignitate ipsis longe inferior.

qui λογίζεται μηδὲν ὑπερηκέναι τῶν ὅπερ λίαν α-
πεσόλων, εἰς οἵποις περισσοτέρως, &c. 2. Cor. 11,
§., 23., sqq., 1. Cor. 15, 10.: ita ex h. l. inferre nul-
lo pacto licet, Autor Epistolae ad Ebr. est Apo-
stolorum Discipulus, quia enunciat, verbum salu-
tis est confirmatum inter NOS ab iis, qui illud ex
ore Domini hauserunt: Paulus, & cum illo ho-
dienum Ecclesiae nostrae Ministri, & quoque in-
cludunt, cum ad populum verba faciunt, ut fidei
nimirum & sanctitatis exemplo sint, &, se ipsos
prius obseruasse commonstrant, quod requirunt
ab Auditoribus. Quod ipsum vero si applicatur ad
h. l., hoc inuit Paulus per illam *ἀνακοίνωσιν & κοι-
νωνοῖσιν*, quod, quemadmodum verbum salutis
confirmatum erat in suo animo, & quemadmo-
dum ipse non negligebat verbum: ita Ebraei
quoque non debeant negligere, &, ut praeterflu-
at, permittere, sed *περισσοτέρως προσέχειν τοῖς
ἀκοθέσιν*: ita & in eorum animis confirmatum
esse debeat & a se, & a Synergis, annunciatum.
Nam, quando Paulus confirmatum esse dicit ver-
bum salutis *ἐπὸ τῶν ἀκοσάντων*, scipsum non ex-
cludit. Participium non tantum de illis est acci-
piendum, qui *σωτηρίαν αἱρήν λαβόσαν λαλεῖσθαι*
διὰ τὸ Κυρίον, ex ore Christi viuentis in carne au-
diuerunt; sed etiam in Paulum optime conue-
nit, qui illam accepit a Christo, jam in sua Maie-
state constituto, per immediatam inspirationem
1. Cor. 11, 23., imo sensibili voce, in sua vocati-
one Act. 9, 4., sqq., Verba sane ita cohaerent, ut
participium *ἀκοσάντων* absolute positum non

præ-

praecise determinet audientes, & haud obscure indicetur, audientes indifferenter sumi, s. audi-
verint Christum exinanitum, in carne praesen-
tem, s. exaltatum in sua Maiestate: &, si vel ma-
xime pro illis praecise sumatur, non tamen a fo-
lis illis dicitur confirmata salus: potuit inter E-
braeos confirmari, & ab illis, & a Paulo, & ore &
scripto, adeoque hac ipsa Epistola ab hoc, ore
tantum ab illis. Franciscus ergo per salutem in-
ter Ebraeos confirmatam aut solum verbum ore
traditum se intelligere fateatur, aut solum literis
& hac ipsa Epistola comprehensum, aut vtrum-
que, si primum, non video quomodo exinde pro-
bari possit, Paulum non esse Autorem huius Epi-
stolae: nam Apostoli, ad quos locuti non sunt,
scriperunt: si secundum, hoc ipso Epistolae di-
gnitatem & excellentiam extollit, & qua proin-
de improbitate illam tot conutiis proscindit? cur
ex Canone vult electam? Si tertium, vtrinque
constrictus tenetur. Quod vero Paulus Pro-
phetarum vestimenta pellicea operibus meritori-
is accenscat, c. 11, 37., atrox calumnia est; lau-
dat saltem, vt opus bonum ex fide profectum v.
33., & habitus humilis humilitatem animi pro-
debat. Loca etiam C. 6., 10., & 12., aspera & du-
riora nonnullis visa, interpretatione dilucida ex-
planavit Dn. Praeses l. c.

S. IIX. Quod ad Apocalypsin porro attinet, C.
3, 14., Christus non alio sensu dicitur ή αρχή τῆς
κτίσεως τῷ Θεῷ, quam Col. 1, 15., πρωτότοκος πά-
της κτίσεως, quia fuit ἐν αρχῇ, antequam quic-
quam

quam crearetur, Joh. 1, 1., prou. 8, 22., vnde in Ipolo,
 & perlplum, creata & facta dicuntur omnia, col. 1,
 16., Joh. 1, 3. Est ergo ἡ ἀρχὴ τῆς κτισεως efficien-
 ter, non dependenter, quia omnis creatura ab Illo
 suum habet initium. In commate 9. sublestae fi-
 dei indicium singitur, non ostenditur. Et con-
 formitas cum visionibus Hesekelianis firmissi-
 mum nobis pro canonica Ep. autoritate argu-
 mentum suppeditat. Patrum tandem Testimo-
 nia Francisci opinionem magis suspectam red-
 dunt, quam probabilem, cum ipse fide dignos
 non iudicet, sed pro fabularum venditoribus ha-
 beat p. 73. & 46., ubi de patribus aeq; omnibus non
 veretur sic iudicare: Bey denen Kirchen-Vätern
 ist Weisheit und fluger Verstand vorhin sehr
 dünne gesüet, und noch weit dünner, aber wohl Al-
 berglauben, Irrthümer und alte Weiber-Mähr-
 gen in sehr reicher Maß aufgegangen. Id ergo
 non immerito miramur, qui siat, vt prudens Fran-
 ciscus, qualis quidem videri vult, Horum ipsa au-
 toritate nitatur? an ergo prudentis est, superstitionibus, erroribus & anilibus fabulis, suam firma-
 re sententiam? Prouocat ad L. 3. c. 25. Histor.
 Eccl.; si diuinare possum, forte Eusebium citare
 voluit, qui l. e., vt & sub finem cap. praece., de A-
 poc.. Etiamnum, inquit, apud multos dispar est o-
 pinio, probantibus illam aliis, aliis vero repro-
 bantibus. Iudicari vero hinc potest, qua integ-
 ritate Franc. vtatur in allegandis Autoribus, si
 ipsa Francisci conferantur verba, p. 45., wesiver-
 gen es auch die alten Väter, wie es ex Hist. Eccl.

1. 3,

1. 3., c. 25., zu sehen, nicht admittiren wollen. Perinde, quasi vna omnium mens & constans sententia fuerit. Vetusissimi quique ex Patribus Graecis & Latinis primo, secundo, & tertio, & seqq. seculis, Joannem Apostolum Autorem agnoscunt; Irenaeus, Tertullianus, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Eusebius in Chronicis L. 14., c. 24., Athanasius in Synopsi, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Epiphanius, inter Haereticos recensent, qui hunc librum reiciunt. Qui omnes, praeterquam, quod pro se habere potuerunt testimonium Asiaticarum Ecclesiarum, animaduerterunt, nihil hunc librum continere. Scripturae Canonicae contrarium, verba sunt D. Winkelm. in Praef. ad Apoc. p. 4. Horum omnino iudicio, ad quod ipse prouocat, haereses iure condemnatur Franciscus, nam volenti non sit iniuria. Nec est, quod D. Lutheri cineres conspurget; nam Is in medio quidem relinquit, an sit Johannis, agnoscit tamen, esse prophetiam diuinitus inspiratam, Gerh. Exeg. §. 292. Hag. p. 84. Manichaeorum more disputat Franciscus, qui impudenter negabant, quicquid in N. T. eorum errori contrarium reperiebatur, ideoque de N. T. tollebant, ad quae respondere non poterant. Vid. Augustinus contra Faustum lib. 11., & 32., Cap. praelestim 7., & Danaci Paratitla p. 23., 29. Jactisque hoc Consectario fundamentis superstruo.

Consect. II. Experimentum nostrum non est
απτίγματος.

§. I.

§. I. Nam haec duo nexus cohaerent immidiato, & artissimo quodam vinculo colligata sunt. Opponit autem nobis Franciscus, (1) creaturarum perfectam bonitatem p. 52., secessum sic faciens a Magistro suo Bekkero L. II. c. 8. §. 5., c. 9. §. 1., & ex eo idcirco redarguendus: (2) aliam malarum actionum originem, indicatam Gen. 6, §., c. 8, 21., Jac. 1, 13., 14., 15., p. 53., 61.: (3) Fructus Scripturae contrarios & in doctrina, cuius generis sint, Manichaeismus p. 53., Sabaeismus (rectius Sabiismus) p. 102., paganorum deliria de auguriis p. 57., Pygmaceis, Faunis, Nymphis, Tritonibus, Satyris, Syluanis p. 45., 58., §9., de Plutonis & Proserpinac Regno in metallis, Hodinis, p. 59., de Geniis, p. 47. (4) in vita & moribus, ut si sint, cultus Dei formidine poenae extortus, excusus Dei timor filialis, metus Dei seruilis, tanquam crudelis tyranni, qui ob leuissima peccata, wenn ein Mensch nur ein wenig sündigt, hominem Diabolo statim tradat, hypocrisis, Christianismus collapsus, & omnis verae pietatis iactura p. 131 - 137., conf. Bekk. L. I., p. 100., L. II., p. 258., 259., c. 18., §. 8., c. 35., praesertim §. 32., c. 36., L. III., p. 179. (4) Originem ethnicam, p. 53., 60., 101., 132., Bekk. L. I., c. 2., p. 5., c. 15., p. 79., c. 17., p. 96. (5) dominium Dei supremum p. 103., Bekk. L. 2., c. 18., §. 6., 7.: (6) adversantes sibi inuicem spirituum hominumque naturas, Judic. 13., Exod. 33, 20., pp. 62., 63., 64., 94. Bekk. L. II., c. 1., §. 3.: (7) Creationem soli

Deo

Deo propriam p. 63., 96., Bekk. L. II., C. 7., p. 230.
 L. IV., p. 296.: (8) dominium in spiritus per con-
 cessionem dominii in creaturas terrestres Gen. I,
 28., hominibus denegatum, & ob summam natu-
 rarum disparitatem denegatam vim eos sibi obli-
 gandi, p. 62., 65., 112.: (9) victum nostro labore
 acquirendum, Gen. 3, 17., 18., 19., p. 66.: (10) ab-
 solutam mortis necessitatem, & ius vitac ac necis
 Deo proprium, Ebr. 9., 27., Rom. 14, 7., Ps. 31, 16.,
 p. 92. Et quinque quidem argumentis priori-
 bus Existentia, Potentia & Operationes Diabolo-
 rum generatim oppugnantur; quinque posterio-
 ribus reliquis Pacta hominum cum Diabolo spe-
 ciatim, & decimo specialissime corporum a-
 laesione immunitas. De singulis vero quae mo-
 neam, habeo.

§. II. Ad (1) a) Eodem argumento negari pos-
 set, dari homines malos, & veritati inimicos, se
 ipsum autem negare non poterit Franciscus; β)
 est Elenchus phrascos ex male intellecto elogie,
 operibus creationis fubiuncto, Gen. I. v. vlt.; bo-
 nitas enim illa non dat creaturis priuilegium a
 bonitate non deficiendi, bonitas creaturis con-
 creata non fuit essentialis, sed accidentalis. Die-
 tericus in Instit. Catech. p. 355. Deus omnia fecit
 bona, sed non immutabilia, August. contra For-
 tunat. cap. 6. A Natura igitur ut tali, ad immu-
 tabilitatem, N. V. C. Probathoc argumentum,
 quales esse debeant omnes Angeli, lapsum quo-
 rundam non negat. γ) Notanda hic & casti-
 ganda est Francisci imprudentia, qua, soli Deo

App.

Angelorum lapsum notum esse, valde affirmat, aliosque temeritatis accusat, qui de eo aliquid certi enunciant; Atqui si soli Deo notus est Angelorum lapsus, quo ausu totam suam Daemonologiam, in qua eundem elumbi hoc argumento, & ex hoc lubrico fundamento omnem Diabolorum existentiam tanta contentione negat, conscripsit? Rectissime nos in ipsum retorquemus irrefisionem iniquius, quam verius, in nos emissam: Ob aber welche Geister schlimm geworden, oder schlimm werden können, weil doch alles von Gott erschaffene in höchster Vollkommenheit gut gewesen, ist eine Sache, die uns, (NB. verstehet natürlichen, verdüsterten, und nichts wissenden Menschen) die nicht bleiben bey den heylsamen Worten unsers Herrn Jesu Christi. Der Teufel ist nicht bestanden in der Wahrheit, Joh. 8. 44., sondern sind seichtig in Fragen und Worts-Kriegen, iuxta Vinarienses, gleichwie einer, der Franck und im Haupt verirret ist, der narrische Dinge fraget, und sich mit jederman zancket, aus welchen entspringet Neid, Hadder, Lasterung, böse Argwohn, Schulgezäncke, da man seine Meinung hartnäckiger Weise und mit Zanck vertheidiget, iuxta glossam eorundem, dergleichen man in eurer Schrift, Herr Cordua, ein vollkommenes Muster hat, solcher Menschen, die zerrüttete Sinne haben, und der Wahrheit beraubet sind, 1. Tim. 6. 13., sqq., die unverständig und bezaubert, daß sie der Wahrheit nicht gehorchen, Gal. 3. 1., bey welchen der Gott dieser Welt die Sinne verbendet hat, daß sie

sie nicht sehen das helle Licht des Evangelii 2. Cor. 4., 4., solchen, sage ich,) allerdings ganz verborgen, und deren Wissenschaft Ihr (vom Teuffel verblendete Menschen) der Allmacht Gottes, (warum nicht der Allwissenheit Gottes?) überlassen müsset. Dem ungeachtet hängnet Ihr selbige dermassen frey und dreiste/nicht anders/als ob Ihr bey alle dein/was bey GOTTE im Himmel vorgegangen/ oder nicht/selbst zugegen gewesen wäret. Ad (2) solide respondit Dn. Praef. c. l. p. 115., sq. 129., sq. Ad (3) α) Est Elenchus causae non causae: nam, quod tententia, de existentia Diabolorum, antiquissima aequa et verissima, Haeretici & Gentiles ad sua deliria abusi sunt, bonitati eius nil decedit, cum ipsarum optimarum rerum pessimi sint abusus. Ignis, ad humanos usus accommodatissimus, fieri potest perniciosior, quam utilior, male adhibitus, & nulla est haeresis, qua ex verae doctrinae abusu non profuxerit. Faunos & Satyros, quos in Sina in primis adhuc hodie dari, testatur Olearius in Itiner. Pers., in meras simias sylvestres non transformaret Franciscus, nisi errore supra refutato praeoccupatus esset., Daemones varia sub specie, vel simiae, vel hirci pilosi, e. s. p., hominibus illudere non posse, contra Leu. 17, 7., Deut. 32, 17., 2. Paral. 11, 15., Ps. 91, 5, 6, 96, 5, 106, 37., 115, 4, sq., Es. 13, 21, c. 34, 14, 44, 10, Jer. 10, 3, Sap. 14, 12, sq., 1. Cor. 10, 20. β) Quod attinet ad Fructus Scripturæ contrarios in vita & moribus, quos Fran-

Franciscus nostram gignere existimat sententiam de Diaboli existentia & potentia, fallaciam committit accidentis. Quod enim nonnulli Diaboli potentiam ita forte metuunt, ut, abiecto omnifiliali Dei timore, Deum, tanquam terribilem & sanguinis appetentem tyrannum, homines ob leuissima, quae Francisco videntur, peccata, statim Diabolo tradentem reformident, Diaboli suggestionibus debetur, ipsorum hominum corruptae naturae, & aliorum seductioni impiae, praesertim Francisci Pelagianizantis doctrinae de peccato, & Deo. Peccatum ita extenuat Franciscus, ut leuissimum, nec dignum existimet, quod per Diabolum coercentur; Dei vero *mangas* & patientiam summam, qua fert peccatores, Exod. 34, 6., 7., Röm. 2, 4., prorsus tollit: vnde autem non potest non sequi cultus Dei ab Ipsi descriptus. Neque propterea reticenda est Diaboli potentia, quod forte haud pauci hanc ratione, & Francisco seductore, sunt deteriores; nam hoc sit per accidens, ex ipsorum hominum culpa, cum vicissim nec desint, qui a malitia deterreantur, & pie discant viuere: multi etiam ex renatis de carnali securitate detinentur, & in recto continentur tramite, ut ne deflectant de via, aut peccatis, contra conscientiam crebrius per negligenter admissis, Deum ad iustam vindictam prouocent. Contra haec autem longam & his verbis Franciscus quando texit querelam p. 130. lqq. Es ist ein rechtes Elend und betrübter Zustand, daß man beständig hören muß, wie die Leute Gott

Gott dienen, und Ihn verehren sollen, nicht aus Liebe zu Ihm, sondern aus Furcht für den Teufel. Die Heyden haben bereits erkennet, daß man nicht formidine poenae, sondern virtutis amore, gutes thun solle, wir Christen aber fehren ganz und gar um, und wollen die Leute durch eine rechte Teuffels-Furcht selig machen. Von dieser Teuffels-Furcht weiß die Schrift so gar nichts, daß Gott vielmehr an allen Orten und Enden eine kindliche Liebe gegen Ihm, und daß wir Ihn von ganzem Herzen fürchten und ehren sollen, zum Grunde setzet, Exod. 20, 3., 4., 5., Deut. 6, 5., Matth. 10, 28., 22, 37., Luc. 12, 5., 10, 27., Wenn die Propheten die Juden bestrafeten, so wird sich nirgends finden, daß Sie selbige mit dem Teuffel bedrohet. In dem Neuen Testamente weder roeiß unser Heyland, noch die Apostel, von mehr gedachter Furcht, und daß selbige das wahre Medium der menschlichen Frömmigkeit seyn solte, schlechterdings nichts: seiungendi sane sunt Regeniti ab Irregenitis. Moderatum Renatorum Metum a Diabolo, & poenarum formidinē, spontaneam obedientiam Deo praestandam, sincerum Dei amorem, filialem timorem & fiduciam, non tollere, sed gignere potius, ipse fatebitur Franciscus, accurate perpendens 1) Fundamentum filialis Deitimiris, amoris & fiduciae; Vnde nimirum spontanea obedientia nascitur, est non tantum bonitatis, sed etiam maiestatis, potentiae & iustitiae diuinæ consideratio, docente Bai, in Comp. p. 711. Iustitia remuneratoria, quae

quae cum bonitate Dei coincidit, ad amorem mouet; potentia & iustitia vindicativa aliquam formidinem poenae, licet non stricte sic dictae, adeoq; etiam Diaboli efficit horrorem; vnde existunt, contritus de peccatis, tanquam causis maiorum plurium, in vita hac, & altera luendorum, conscientiae morsus, pauores & terrores ex meditatione iudicii extremi, aut comminationum diuinarum de poenis infernalibus. Vidd. Ps. 6, 2., 3., 38, 2., sqq., 49, 16., conf. Hiob 21, 6., Bai. Comp. p. 610., 630. & Gerh. LL. Theol. T. 3. p. 786. Atque adeo Renatorum formido semper coniuncta est cum amore & fiducia; & licet ab omni formidine poenae nondum sint liberati, non tamen solius poenae fugiendae causa a peccatis perpetrandis cauent, damit sie der Teufel nicht hohle, vt sibi persuadet Franciscus p. 134. 2) Renatorum Imperfectionem; Formido poenae, & metus a Diabolo, pugnare quidem videntur cum caritate & spontanea obedientia, omnibus numeris absoluta, non autem cum imperfecta; at quia ex parte tantum cognoscimus, 1. Cor. 13, 12., nostra de Deo cognitio imperfecta est, & imperfectus est amor: imperfecta proinde etiam est ex amore resultans spontanea obedientia, quam hic solum inchoamus, consummabimus in vita altera. Hac in vita si eo perfectionis assurgeret, vt nullum peccatum haberet admixtum, omnis omnino poenae, & Diaboli exularerit formido: 3) Fidei & status gratiae Amissibilitatem: Quia enim

nim sciunt Renati, se posse ex statu gratiae excidere, & fidei facere naufragium, non possunt esse sine omni poenarum & Diaboli formidine, postquam peccata admiserunt; interim tamen ad diuinam misericordiam illico confugiunt, nec a caritate & fiducia erga Deum sedimoueri patiuntur: quae Renatorum conditio quia Deum non latet iubet eos operari salutem μετά Φόβου καὶ τρόμου cum timore & tremore, Phil. 2, 12., metu iusti Dei iudicii, (I. Petr. 1, 17., 2. Cor. 5, 9., 10., 11.) irac diuinae, (Col. 3, 5., 6., Deut. 6, 15., quae comminatio praecepto caritatis, ad quod prouocat Franciscus, annexitur, hic non negligenda,) inferni, (Matth. 10, 28., quem locum contra se ipsum citat Franciscus, ut & illum Exod. 20, 5.,) & Diaboli, vt ne in carnalem securitatem incident, aut ad spiritualem arinaturam obtorpeant: si enim imparatum Christi militem inuenerit Diabolus, si rudem, si non solicitum, circumuenit nec scium, fallit incautum, decipit imperitum. Cypr. ad Fortunat. de Exhort. Mart. Conf. Eph. 6, 11., sqq., I. Petr. 5, 8., vbi vigilandi verbo, & μετά μνής vocabulo metusa Diabolo supponitur. Qui hostem non metuit, aut furem nocturnum, non cget vigiliis, nec sollicitudine angitur; contra verbo ἐπιπίπεδον fiducia innuitur erga Deum, & caritas cum illo timore in Renatis coniuncta. Vt adeo belle conueniant, moderatus Renatorum metusa Diabolo, & filialis Dei timor, & sincerus amor ac fiducia. Vt, inquam, non pugnet Renatorum Metus cum spontaneo Obsequio, quia hoc

hoc Deo praestituti essent, si vel maxime nullus
 Diabolus timendus foret, nullae insidiae, his vero
 expositi, sollicitiores sunt, semperque acrius vigi-
 lant ad sanctitatem, ad preces, ne fidem executiant,
 & ex statu gratiae elapsi, Satanae laqueis irretian-
 tur. Diaboli potentiam nimium perhorrescere,
 ολυγοτισμόν est; negligere, minime γενγόρθων,
 hominum in carnali securitate viuentium:
 vnde & momentaneos tantum mortis & inferni
 terrores impii sentire dicuntur, Hiob 21, 13.,
 Conf. Lev. 26, in quo capite toto Deus popu-
 lum suum ad obsequium & promissionibus inui-
 tat, & comminationibus poenarum temporalium,
 quae cogitari possunt, acerbissimis. Add.
 Deut. 30, 15. sqq. 4) Usus legis moralis direc-
 tivum, cohibitiuum, & instructivum, Ps. 119,
 Exod. 20, 5., Deut. 6, 15., Rom. 3, 20. Lex
 cum promissionibus suis & comminationibus
 pertinet etiam ad Renatos; his ab operibus car-
 nis arcentur, illis ad actiones spirituales magis
 inflammantur: vnde & sanctissimum Dei Seruum,
 Mosen, in exercitio bonorum operum respexit
 se ad retributionem dicit Paulus Ebr. 11, 26.,
 Sanctosque ad illud hortatur & monet II. ec.,
 propositis praemiis, si continuetur, & formidine
 poenae, si intermittatur. Lex Renatis non tan-
 tum est speculum, sc. status, in quo sunt, & in-
 que in ulterius transferendi; non tantum regula
 & norma actionum, sed etiam obex, sc. ini-
 pietatis, ut Diabolo, carni, omnibusque ad pec-
 candum illecebris, resistant, Gerh. LL. Theol. T.
 III.

III., p. 176., sq., 339., sq., Hag. p. 704., sq., Hafens-
ref. LL. Theol. p. 431., Koenigii Theol. Pos.
p. 222., Bai. Comp. p. 733. sq., Schulzii Disp. de
Antin. rec. quorundam, Praef. dn. D. Wernsdorf,
§. 39., sqq. Irregeniti, quia seruuli spiritu re-
guntur, omniq[ue] amore Dei & virtutis prorsus
destituuntur, amore duci non possunt ad sponta-
neum obsequium, Deo cum animi delectatione
praestandum, idcirco a. adhibentium est verbum
legis, cui Deus propterea duo quasi sigilia addidit,
comminaciones, & promissiones, Exod. 20, 5.;
his aliciendi sunt, qui sponte debebant obsequi,
solo virtutis amore: illis terrendi & cogendi, qui
promissionibus non possunt alici, tanquam
malloco, conterente petram, Jer. 23, 29., ne in
manifesta scelera prorumpant, quibus societas,
honestas, & tranquillitas humanae vitae, turbentur,
sed, ut in externo obsequio hoc legis freno
contineantur, quem usum Legis vocamus πολι-
τικον, I. Tim. 1, 9. Atque his in primis denun-
ciandae sunt poena temporales, & aeternae, in
iudicio extremo accipiendae, & in inferno in di-
abolico consertio subeundae. Quarum formidine
Prophetae, Christus & Apostoli, dum percusse-
runt & Regenitos & Irregenitos, conf. Jer. 18,
7-11., & passim ab initio usque ad finem, Es. 28,
18. 19., Rom. 13, 3. 4. s., 2. Petr. 2, ubi illi, qui
improbitatis poenas dederunt, fistuntur ut ὑπό-
θεγμα μελλόντων αἰτεῖσθαι, Deut. 21, 18 - 21., I.
Tim. 5, 20., Dan. 12, 2., Joh. 5, 28., Rom. 2,
2. Thess. 1, 6. sqq., Act. 17, 30. 31. 32., Matth.

25, 41, 46., Joh. 3, 36., Ps. 49, 15, 20., Matth. 5, 25.,
 11, 21. Iq., 8, 12., c. 22, 13., Luc. 21, 25., lqq., Ap. 6,
 16., c. 9, 6., Es. 30, vlt., c. 66, vlt., Marc. 9, 43.,
 1. Cor. VI, 9., 10., Gal. 5, 19, 20., 21., Eph. 5, 3.,
 4, 5., Apoc. 21, 8., c. 22, 15. Quarum, inquam,
 poenarum formidine, dum Christus, Prophetae
 & Apostoli, percusserunt Irregenitos, & Regeni-
 tos ab eorum deterruerunt vitiis, recte idem
 censemur metu a Diabolo utrosque perculisse:
 nam sub genere continetur species, & Diaboli in
 inferno Damnatorum Tortores erunt, Matth. 18,
 34, 35. Quae ipsa probatio omnino sufficiens
 est, si vel maxime expressa Diaboli mentio in
 Prophetis, & N. T. libris, ad terrendos hominum
 animos, non occurreret; cum vero & haec oc-
 currat, vti ex N. T. luculenter ostendimus, & ex
 V. T. in primis Ps. 78, 49., 106, 37 - 40., decla-
 ratur, & Es. 13, 21., & 34, 14., coll. Apoc. 18, 2.,
 maius nostrae probationi accedit robur, quod
 Prophetae, Christus & Apostoli, Homines a gra-
 vioribus delictis permactum a Diabolo cohibere
 nunquam desisterint. Patetque simul, quo sen-
 su Metus a Diabolo Medium verae pietatis & sa-
 lutis fieri possit, $\omega\zeta \epsilon\nu\pi\lambda\alpha\tau\mu$ nimirum, & quate-
 nus is pertinet ad comminationes legis, quae est
 efficax medium regenerationis, conuersationis &
 renouationis, nec non, quatenus est affi-
 ctio diuinitus immissa. Quemadmodum igitur
 Lex est Paedagogus ad Christum, Gal. 3, 24., &
 obex impietatis; ita Metus a Diabolo est Paeda-
 gogus ad pietatem, quac habet promissionem
 huius

huius & futurae vitae I. Tim. 4. 8. Rursus,
 quemadmodum Crux est medium conuersionis,
 quia ad usum mediorum salutis nos instigat &
 compellit Ps. 119, 67, 71., Es. 28, 19.: ita &
 metus a Diabolo. Bai. Comp. p. 635. Si igitur
 excutiendus est Metus a Diabolo propterea,
 quod Homines debent bene agere virtutis amo-
 re, non formidine poenae, negandus etiam erit
 hic effectus crucis saluberrimus, a Deo ipso inten-
 tus, tacendus quoque Infernus, tacendae reliquae
 poenae, impiis constitutae, tacendum extremum
 Judicium, cuius metu nos ipse terret Franciscus
 p. 87, abroganda Lex, quae fudes est in oculis
 Francisci & Antinomorum: abrogata autem le-
 ge, & electo timore omni, nihil unquam nefas
 erit, nulli malitia termini, quod dogma comple-
 mentum est omnis impietatis, maximamque pec-
 candi illecebram esse impunitatis spem, pariter
 agnouerunt Gentiles, ac, non facienda esse bo-
 na formidine poenae, sed virtutis amore. En-
 gelschall c. l. p. 739., Ernst, per totum librum do-
 ctum pariter & iucundum, die Fastnacht Weyh.
 Ut adeo nec valeat exceptio Francisci, hac ratio-
 ne Hypocritas fieri; nam id humanae peruersi-
 tati tribuendum esse diximus, & obici id perin-
 de potuisse Prophetis, Christo, & Apostolis, qui
 poenarum metu & Regenitos & Irregenitos II.
 cc. perculerunt. Patet ideo ex his, quod non omne
 Opus bonum, quod poenae sit formidine, ut simu-
 latum rejiciendum sit, sed ad maiorem perfe-
 ctionem perducendum: non contempnenda sint

conversionis initia tenuiora, sed ad maiores vires spirituales sit intendendum. Conuersio non est instantaneus aut subitaneus actus; sed successivus, sua augmenta habet, & per gradus subinde crescit, quasi per aetatis interualla: habet infans-tiam, in qua tenella est, habet aetatem iuuenilem, in qua robur accipit, habet aetatem virilem, in qua magis firmatur. Eph. 4, Vide, quae ex Aeg. Hunnio in h. l. habet Bai. in Comp. p. m. 685. At Infans in Christianismo Hypocrita non est; sed infirmus, plenamque & perfectam verae pie-tatis cognitionem nondum habens, simulare pie-tatem non potest: nam τὸ ὑποκρίνεσθαι τὸ κρίνειν presupponit, iudicium autem discretuum exactam & distinctam rei diiudicandæ notitiam, in qua instruendi non tantum infantes, sed etiam adultiores, donec excrescamus omnes in unum virum perfectum, εἰς μέτρον ἡλικίας τῷ πληρώμα-τος τῷ χριστῷ, ad mensuram completae, consummatae, & perfectae staturalis Christi, quod in altera deum vita continget, in qua sine illa formidine poenae, virtutis amore, bona agemus omnia. De caetero improbitatem hominum, quam nobis exprobrat Franciscus, iam olim questi sunt Prophetæ, Es. 42, 20., 53, 1., Jer. 2, 5., 6., sqq., 20, 8., sqq.. Ezech. 2, 7., sqq., 33, 31., sqq., aliisque locis innumeris; questus est Christus cum suis Apostolis Joh. 8, 37., sq., 12, 38., 15, 20., Rom. 10, 16., 1. Joh. 4, 6., Bai. p. 899., querimur & nos, salva veritate doctrinae, quae culpam reiicit in contumaciam verbi, incredulitatem & contumaciam, omnium

omnium peccatorum matrem II. cc., malam libe-
rorum educationem, Matth. 3, 7, & Diaboli ex-
caecationem, 2. Cor. 4, 4. Ad (4) α) Non o-
mne, quod est ab Ethniciis, est ethnicum, quod do-
cuit Dn. Praef. in Coll. Hutt. MS. Prol. de no-
mine Theologiae; β) Non ex Gentilismo de-
riuatum ad Judaeos, a Judaeis ad Papicolas, ab
his ad nos, & ab aliis traductum etiam ad alios fu-
it, quicquid de Angelis malis eorumque potesta-
te in nostra Ecclesia docetur, sed ex Script. S. pe-
titum, quae docuit existentiam Angelorum malo-
rum, & varias nobis suppeditat apparitiones, &
descriptions. Conf. Quistorp. in Thes. The-
ol. Disp. X. Th. I. & Dn. Praef. c. I. p. 119. γ)
Nos Daemonibus, exemplo Gentilium, diuinam
prudentiam neutquam adscribimus, quemad-
modum bonis Angelis Franciscus de Cordua p.
38., 39., nec ullum nos cultum praestamus; tan-
tum abest, ut eos religiose veneremur, duos quasi
Deos cum Manichaeis statuentes: δ) Ipsum po-
tius Franciscum Manichaeismi reum esse, osten-
dit Dogma eius palmarium, mere Manichaeum,
quo corruptam hominis naturam appellat Da-
emonem, conf. Bern p. 865., 886., 927., & quid
de illa sentiendum sit opinione, qua certas virtu-
tes mundi huius rectrices, & Deo a latere iunctas,
statuit p. 38., 39., facile est iudicatu, conf. Act.
Erud. Germ. A. 1716. P. 46. p. 709. Suo Fran-
ciscus se condemnati iudicio, hic quoque valitu-
ro, & de Daemonibus pronunciato p. 57. Die
Welt können sie nicht erhalten helfen, denn das

wäre Gott zu nahe geredet. Ad (5), Habet Deus potentiam abolutam & independentem, Diabolus delegatam, a diuina dependentem, suisque cancellis & limitibus circumscriptam ; nam futilis Bekkeri obiectiones , quas expendere mihi non licet ad finem properanti, explosae iam sunt ab iis, qui Bekkero refutando peculiarem nauarunt operam, nobisque significasse sufficit adhuc, quod Diabolo eandem in homines, & creaturas reliquas, operationem, idem dominium, haud quaquam tribuamus. Conf. Berni p. 716., 873., sqq., 882., sqq., Falck de Daemonol. rec. autor. fallia Diss. 4. §. 8. 9., Hunnii Com. in Ep. ad Eph. 2., Bai. Comp. p. 259., 260., Dn. Praef. Coll. Bai. MS. de Angelis Malis in inscrip. statu Ass. VI., & Daemonol. Cord. Exam. p. 124., 128. Arg. (6.) & (7.) ex instituto confutauimus Cap. I. Ad (8.) *a*) eodem Argumento negari posset Foedus Dei cum hominibus initum Gen. 17, 7., sqq., Exod. 6, 4. Leu. 26, 15., 42., 45. *B*) Est Ignoratio Elenchi; Diabolus enim homines sibi obligat, & se vicissim hominibus, libero pruae voluntatis impulso, vt ipsos in deuotione sua facilius conseruet autiquam homines Diabolum, Bald. Cas. Consc. p. 623. 625. *y*) execramur Diaboli ingens studium homines ad societatem suam perducendi, cuitamen non repugnat foedus inaequale, in societate inaequali, vt arctior coiunctio inter utrosque enascatur, sicut non impedit foedus inter Deum & homines summa inter Creatorem & creaturam disproportion, aut, quod pacta regulam iusti-

iustitiae commutatiuae sequuntur, Puf. de O. H. & C. II. 17., 4. Grot. II. 15., 7., Hochstett. Coll. Puf. p. 276., Glanvil. P. I. p. 18., sq., Jaeg. Obs. ad Grot. contra Zieglerum p. 24., & Dn. Praef. Coll. Grot. MS. th. 8., itemque Coll. Polem. MS. in Contr. rec. II., ex quo cum Dn. D. Förfchic. & ipso Dn. Praeside, concludo: Vnde stultissimi sunt, qui cum deceptore Spiritu contrahunt, vnde miserrimi sunt, qui paetis Diaboli confidunt. Ad (9), committitur Ignoratio Elenchi; non enim quaeritur, an sit licitum pacisci cum Diabolo? sed, an dentur paeta cum Diabolo? non de iure quaeritur, sed de facto. Fiunt omnino multa de facto, quae non fiunt de iure, illa vero idcirco non revera fieri, quis affirmauerit? Ad (10), Mortis violentae evitatio non tollit mortis naturalis necessitatem, nec illa iuri diuino in vitam & mortem nostram derogat, nam nec medicamentorum usus derogare potest.

Conseq. III. Experimentum nostrum non est *ἀλογενόν*.

S. I. Opponit nobis Franciscus 1) finem creationis p. 57., 58., 2) odium irreconciliabile inter Deum & Diabolum, per quod Deus non magis permittere possit Diabolo potentiam, quanta a nobis asseratur, quam Princeps hosti abiurato cedere opes Regni, irreparabili suo damno, & cum summo honoris periculo p. 104., Bekk. p. 230., 3) Animarum post mortem corporis apparitionem p. 120., 126., quam tamen refellit Bekk. p. 226., sqq., 4) occultam & superna-

turalem vim v. g. vulnerationem propulsandi, visui corpora solida subducendi, tormentarios globos arcendi, per Cabbalae, a Patriarchis inventae, sed desertae & corruptae, abusum, a Chaldaeis singularis autoritatis impetranda studio, lapidibus, sideribus, herbis, literis & characteribus falso adscriptam, & ab hominibus credulis pro vera, & per Spiritus exposita, superstitione atque aniliter acceptam; unde vero nata sit de commerciis Hominum cum Diabolo opinio, cum tamen mera sit superstitione, & ex dolo hominum profecta, p. 67 - 98., s) fabulosam de Magia Fausti narrationem p. 108.

§. II. Quod vero attinet ad 1), *ἀλόγως* ex nobis querit Franciscus de fine creationis malorum spirituum, cum, malos creatos non esse, ipse probet p. 52.; quorundam autem defectum Deus, pro sapientia sua, ad bonos direxit fines, proximum, qui est ipsorum poena, tum priuatiua, tum positiva, Bai. Comp. pp. 281., 282., 290., & intermedium, qui, cum & Angelorum lapsus in hominum directus sit utilitatem, ex Consecr. praec. §. 2., monito 3., potest intelligi; est enim piorum castigatio, probatio in fide, filiali fiducia, amore, vigilantia Christiana, carnali securitati opposita, humilitate, & aliis in actibus spiritualibus, exercitatio atque *τερέωμα*, i. Petr. 5, 6., 8., 9. Omnium, & in primis impiorum, *δεῖγμα* Jud. 7., *ὑπόδειγμα*, quo se emendare discant 2. Petr. 2, 6. Finisque ultimus est Justitiae Dei vindicatiuae, Bonitatis, quae & hominibus lapsis

lapsis Mediatorem dedit, & potentiae celebratio,
 quae portis inferorum, h. e. Diabolo, & regni
 eius machinis, praevaluit, poenas videlicet pro-
 meritas Diabolo etiam irrogans, & aduersus il-
 lum suos muniens, καλαρίσας, σηρίζας, Θεώ-
 ρας, Θεμελιώσας, 1. Petr. 5, 10., 11., Matth. 16,
 18., Apoc. 12, 10. Add. Dn. Praef. l. c. p. 12 5,
 128., & Bai. Comp. p. 286. Ad 2) a) est Elen-
 chus Consequentis, & corruptum corruptae ra-
 tionis Corduanæ iudicium; quod enim illud
 odium non tollat potentiam, Diabolo hosti con-
 cessam, nouit ratio verbo Dei illuminata, nouit
 que, Deum ipsis hostibus suis vti ad hostes pu-
 niendos, & suos castigandos (Assur sane Dei
 hostis, furoris diuini virga & baculus est, Es. 10,
 5, 6.): itemque ex quotidiana experientia,
 qua piros ab impiis, & impioribus ab impiis, premi vi-
 det, nec sine permissione diuina: ac, licet non
 Dei, sed suam sibi preponant gloriam, gloriam ta-
 men Dei amplificare coguntur, quia iustitiam Dei
 vindicatiuam hominibus manifestant, &, si quid
 contumeliose faciunt, sane potentem in De-
 um non impune faciunt, proindeque, hoc ipsis a
 Deo permitti, prorsus non est ἀλογον. In inferno,
 & apud damnatos, non est ullus honos, aut sanctifi-
 ficatio nominis diuini, sed perpetua Dei offenditio
 & maledictio; An E. Infernum statuere, & ho-
 mines damnatos, est ἀλογον? Si Deus propterea
 non potest Diabolo permettere, vt viribus natu-
 rae vtatur, quod ad obfuscandum splendorem di-
 gnitatis Dei illis abutitur; nec Is. damnare homi-
 nes poterit, quia homines damnati Dei honorem

non magis queruntur, quam Diabolus, nec aeterna salute homines beare, quia Oppositorum opposita est ratio: concidetur sic omnis Dei iustitia. Fecht Rec. Contr. Disp. X. Th. II. & Dn. Praef. l. c. p. 105., 106. β) committitur *μετάβασις εἰς* *ἄλλο γένος*, & a Statu Principis, nonnunquam satis infirmi, ad Deum praepotentem male colligitur, quippe qui Diabolum potest coercere, ne concessa potentia aliter vtatur, quam permittit, nec diutius vtatur, quam permittit, nec adeo pro lubitu, quod arbitratur tamen Franciscus. Ad 3) α) Impiorum Animae, & Diabolus, sibi non opponuntur, sed subordinantur. Et Impiorum animae post mortem corporis in mundo circumvagari, hominesque sui apparitione terrere si possunt, id sententiam nostram de apparitione Daemonum, spectrisque adeo Diabolicis, confirmat potius; quo enim iure denegabitur Spiritui completo potestas, quae conceditur incompleto? β) Animarum Hominum impiorum post mortem corporis ex imaginatiua vi deriuata Apparatio Paracelsi figmentum est, quod cum Sonntagio animaduertit Dn. Praef. l. c. p. 134., est que haec eadem opinio Gentilium de Geniis; error est adhuc Judaeorum & Muhammedanorum, Africanorum itidem, & Americanorum; Bekk. L. I. p. 9., 10., 81., 97., Bern p. 648., 652., 653. & Dn. D. Wedelius Diss. de Spectris c. 1. p. 12., vbi & p. 14. respondet: Spiritus vitalis, s. Anima organica, bruta & corporea, sine organis,

reue-

reuera est non ens, & contradictionem implicat,
 idque cum brutis haberet commune; quando
 itaque cessant organa, quo modo, quaeſo, con-
 cipi potest agere, cum illis careat, quibus vñice
 agat? quomodo vocem edere, premere, aliaque
 praefastare? Quid? quod viui fucrevisi duobus in
 locis; an ergo diuidere se potest Spiritus vitalis
 ille? γ) Pios, cuiuscunque ſint temperamenti,
 ſine omni idearum impressione decedere, nemo
 affirmabit; eos vero propterea post mortem in
 mundo oberrare, negamus; triplex enim eſt
 tantum hominis post mortem Status, vel latentiae
 in ſepulchro, vel gloriae, vel miseriae aeternae,
 Eccl. 12, 7., Tob. 4, 3., Matth. 10, 28., quartus ob-
 errationis in mundo non legitur in Scripturis. δ) Ri-
 sum tenere vix poſſum, cum p. 125. dicuntur
 animae iſtae homines fortes ac strenuos reformi-
 dare; Milites nimirum strenui timorem, homi-
 nibus connatum, in praelio intra tubarum clan-
 gores ac strepitus amittunt, & vulnerati ira ad-
 versus hostem vehementius exardescunt, atque
 cum fremitu moriantur; quomodo ergo eius-
 modi militis anima, iracundiae & vindictae ple-
 na, quaeque ideas, quas in corpore habuit, ſe-
 parata non deponit, ſed hominibus quouis modo,
 ipſo Franciſco docente, nocere conatur, homi-
 nem vllum perhorrelcat aut fugiat? O inceptias!
 Spectrum ſane Schweickershusanum non timuit
 magni animi viros, nec ipſum Redemptorem Je-
 ſum Spectrum timuit in deferto, Matth. 4., nec
 Saulum Endorinum, 1. Sam. 28, 14., ſqq.,
 nea

nec Aegyptios timuerunt Spectra Aegyptiaca,
Sap. 17., 30., sqq., Solum vero Franciscum
fortassis omnia reformidant, Virum fortissimum!

c) Nec praeter eundem est, quod parum sibi con-
stet Franciscus in hac etiam hypothesi de anima
hominis, quippe quam alteram hominis partem.
modo a Spiritu distinguit p. 16., sqq., & 120., ite-
rumque modo vegetatiuam appellat, quae cum
corpore intercidat, s. vitalem homini cum brutis
communem p. 20., 22., 23., 34., modo tenuissi-
mum corpus aëreum dicit, quod post mortem su-
perfluit, hominibus appareat, conspicatur, fugi-
entem persequatur, persequentem fugiat p. 120.
126., & tamen ob materiae subtilitatem non cadat
in tensus, in oculos p. 34., modo cum Spiritu co-
incidere dictitat, dum sui imminemor animam Spi-
ritum nominat p. 123., 124. Adeo Animus
Francisci diuagatur; adeo non habet, quod sequa-
tor. Etenim, si Anima Spiritus est, concidunt, quae
de tribus hominis nugatur partibus; sin corpus
aëreum, monstrum hominis singitur, duobus cor-
poribus praeditum, aëreo & terreno, quorum al-
terum moriatur, alterum in mundo maneat su-
perstes, quod quomodo concordet cum verbo
Dei, puluis es, (non aer) & in puluerem reuerte-
ris, (non in aërem), ipse iudicet: sin vegetati-
va s. vitalis, quae cum vita hominis extinguatur,
verba Christi Matth. 10., 28., suamque opinionem
de Spectris, animabus oberrantibus, an tuebitur
Cordua? Ad 4) Pro nobis potius pugnat Fran-
ciscus. Si enim vis illa rebus naturalibus inesse,
effe-

effectus ipsi naturales essent, eosque Magiae adscribere
 $\alpha\lambdaογον$; At Effectus isti rebus illis naturalibus quia
 falso adscribuntur, fatente ipso Francisco de verbis, li-
 teris & characteribus p. 73-83. (ubi utique caendum ne
 ex principio hoc, immantidem salta, efficacia Verbi
 dicens ad conuertendos hominum animos negetur,
 quam extra usum & adiut etiam primo habet coniunctam,
 quamque negare videtur Franciscus; rationem
 simpliciter literam, etiam literas essentialis Nominis
 Dei Ιησου, cuius translationem per Germ. Herr repre-
 hendit, nec convenientius tamen substituit, mortuas
 appellans p. 77., omnemque hoc fundamento nixus,
 Ebraeae linguae praे reliquis præstantiam, velut super-
 stitionem, derogans, & Deum linguis omnibus locu-
 tum esse, & adhuc loqui, contra Ebr. I. 1. perhibens,
 p. 78.79.; ad alios a. praeter conuersionem hominis su-
 pra indicatos supernaturales effectus ulli literae vel sa-
 cræ inscriptur. comprehensæ vel alius cuiusvis lingue,
 vim inesse si negat Franciscus, recte negat de herbis p.
 83., de Carneolo, Mercurio &c. h. Moly &c. p. 84.-98.
 & certissimo id est indicio, aliam causam sublimiorem
 concurrere, quæ est vel Deus, vel Diabolus; sed
 Deus non est, quod Franciscus largitur ultro p. 78.
 & 85., imo non potest non fateri visuæ hypotheseos p.
 92. Si enim propterea Deus herbis non potuit concre-
 re vim v. g. arcendi vulnera, quod sic homines contra
 Dei ordinem a morte liberarentur, multo minus ean-
 dem hominibus, herbis adhibitis, supernaturaliter con-
 feret. E. Diabolus est, qui cum rebus istis naturalibus
 concurrit, qui in istos supernaturales & stupendos ef-
 fectus influit. Nam Effectus istos produci, negare non
 licet Francisco, stante sententia de supernaturali, re-
 bus naturalibus a Chaldaicis, quauis falso, adscripta,
 vt simplicioribus sui iniicerent admirationem. Effectus
 sane, quem, rebus naturalibus adhibitis, spönderunt
 securum, si infecitus non esset, tot admiratores, tot
 imitatores nauci fuissent haudquaquam, & potius se de-
 ridendos propinassem omnibus. Quis, quæsto, foret tan-

stolidus, ut herbis, verbi causa, vulnera se declinaturum
 confidat, illis adhibitis vulnera si accipiat nihilosecius?
 cum vero sint, qui confidant, perhibentibus Francisco &
 Bekk. L. IV. p. 153. sqq., sint quoque, necesse est, qui,
 herbis istis abusi, licet non per eas, vulnera declinarunt.
 Qui vero effectus cum nec naturalis, nec a Deo sit, a
 Diabolo sit, oportet, sintque, qui se Diabolo mancipa-
 rint, h. c. venefici, magi, & sagae. J. Q. E. D. Exem-
 plum autem ceruorum, qui in districtu cuiusdam Nobis-
 lis velut ferrei, bombardarum iectus cute illaesa excipi-
 entes, aufugerunt, habet Walburger in cit. Disp. Q. IV.
 §. 8. Necimo difficulter id applicatur ad vim visui cor-
 pora solida subducendi, quam acanthidis nido tribuunt,
 itemque globos tormentarios arcendi a corporibus.
 Solam heic opponere potest Franciscus divinam pro-
 uidentiam; quam ipsam si ex animo profitetur, laudan-
 dus est: sed instruendus simul, quod Deus saepe natu-
 ram sinat sua exequi, & ablegandus est ad experien-
 tiā, qua non omnes ad omnem tormentorum sonum
 concidere nouimus: vnde vero Diabolo non omnis ad-
 imitur potest globos tormentarios in aere, permitten-
 te Deo, vel intercipiendi, vel alio dirigendi, quam,
 quo naturaliter feruntur. Adeo, negata instrumento-
 rum naturalium, a sagis & magis adhibitorum, capacita-
 te, quam Franciseus tantopere exagitat & exhibitat,
 ad negationem ipsius effectus N. V. C. Diabolus pro
 superbia sua cultoribus suis & verba, & characteres,
 & ritus certos, praescribit, quibus adhibitis cultori-
 bus iisdem persuadet, per media illa productum fuisse
 effectum, qui vel ex causis naturalibus ipsis incognitis,
 vel ipso operante Diabolo, prodiit, Bald. Cas. Conf. p.
 727. Dan. de sort. c. 4. Adeo, a negatione modi ad nega-
 tionem rei N. V. C. In occultis naturae operibus non ratio
 semper querenda subtilius; sed cum admiratione spectan-
 dus effectus; fatendumque est, multa quotidie fieri, quo-
 rum vim naturalique perspicere non possumus, ut habet
 Thom. Bartholini de insolit. Part. human. viiis cap-
 vlt, sub finem. Ad 5.) Fabulosa illa narratione sententia

nostra nititur haudquaquam; legi tamen possunt D.
Neumannii Diff. de Fausto, Engelschall p. 705., & Mis-
sanders Delic. hist. p. 687. seqq.

Conf. IV. Experimentum nostrum non est atrox.

s. I. Liceat nempe mihi blasphemias consequentias,
quas nobis impingit Franciscus, sine blasphemia repe-
re, easdemque hue collimantes: 1) Sic Deum fore, qui
permittat mala, ut euenant bona, imo mala; fore Tent a-
torem ad malum, secus ac doceamur Rom. 3., 8., Jac. 1.,
13.: fore causam peccati & damnationis, laetari peccatis
& malis hominum, eoque fine vti Diabolo, qui *megethe*-
luxvit hominibus imponat, als seinen Spion und
Rock-Vogel/der die Menschen auf tauenderley geheime
Art zu betrügen suchen müste/atque adeo non statui pos-
se apertum, non simplicem, non iustum, non bonum, ver-
satum potius, obscurum, astutum, fallacem, malitiosum,
callidum, veteratorem, vafrum, & vernacula voce, heimi-
tückisch/ quam usurpat Franciscus, p. 86., 87., 100.,
101., 102., 103., 111. 2) Deum constitui impoten-
tem, qui punire nequeat immorigeros, sed operam hostis
implorare cogatur p. 133. 3) Meriti Christi nullam
fore efficaciam p. 130. Bekk. L. II. p. 228., L. III. p.
102., 168., 169.

S. II. Quae ipsa atrox iniuria, Deo nobisque illata,
vt propulsetur, moneri nonnulla vult pietas. Nam
ad 1) distingendi sunt solicite & internoscendi Homi-
nes, quos Deus tentari sinit a Diabolo. Pios quando
tentari permittit, id, quod a Diabolo in perniciem erat
cogitatum, ad salutem eorum conuertit Deus, quae sin-
gularis Ipsius est bonitas; quot autem modis hoc fiat,
cognoscitur ex Confess. III. §. 2. Mon. I., coll. Baieri
Comp. p. 319. Cellaudandus est Deus, inquit Gerson,
qui malis nostris non solum non vincitur, sed & ex iis o-
peratur bonum nostrum: sic enim dicitur omnia sub
peccato conclusisse, (permisive), vt omnium miserere-
tur: peccauit Petrus, humilior & misericordior effe-
ctus est, non actione mali, sed miseratione Dei &c. Ne-
que vero indidem Deus dici potest permittere mala, vt

eueniant bona; nam aliud est, ideo malum permettere,
 vt eueniant bona, aliud malum, vel ob naturalem, vel ob
 contumacem hominum repugnantiam permisum, ad
 bonos fines dirigere. Differunt, vt impedire & pro-
 mouere. Qui malum, ob hominum repugnantiam per-
 missum, ad bonos fines dirigit, antea impedire studuit;
 qui ideo malum permittit, vt bonum eueniat, malum
 omni conatu promouet: non hoc, sed illud, de Deo dici
 fas est: neque enim Deus prius intendit bonum ex ma-
 lis eliciendum, & vt possit elicere, mala fieri patitur, sed
 prius intendit impedire mala, quam permittit, ob eam-
 que rem nec Tentator ad malum dici potest, nec causa
 peccati, multo minus malis hominum laetatur, qui illas
 moraliter impedit. Resistere Tentatori iubet, Jac. 4, 17.,
 ad spiritualem armaturam vigilare Eph. 6, 11., nec tan-
 tam Diabolo permittit potentiam, vt homines possit ad
 peccandum necessitare, sed sponte illi consentiunt lipo-
 stori Bai. p. 469. Deus peccata volenter quidem
 permittit, sed non permissive vult, s. permissa non vult a
 haud aliter, ac Pater Acolasti, qui volenter permittebat
 bonorum filii dispersionem, sed permisam non volebat,
 Luc. 15, 18., vnde dispersionis culpa non patris, sed aco-
 lasti est, Grauer. P. VII. Prael. in Aug. C. p. 112.
 Quando autem Deus impios a Diabolo sinit tentari, &
 in plura graviora peccata abripi, consideranda sunt haec,
 vt mala poenae, I le, ut iustus iudex, qui peccata pecca-
 tis punire solet, salua sua bonitate, & *parvoparvias*
 termino elapsi 2. Thess. II. 9, 10., 11, 12., Bai. pp. 357.
 479. Quia enim homines improbi gratiam a Deo obla-
 tam repellunt, contemptum omnino vindicat Deus, ho-
 mines contumaciter resistentes deserendo, 1. Sam. XV.
 25. gratiam subtrahendo 2. Sam. VII. iisdemque, suis
 consiliis vt tantur, permittendo, Ps. 81., 13. Act.
 14, 16., Rom. I. 14, & laqueis Satanae irretiantur, &
 ad ipsius ducantur voluntatem 2. Tim. 2. 26. Nec ab-
 surdum est, Deum, sceleratissimorum hominum pec-
 catis & blasphemias se offendit permittere, nam Deum
 impune non offendunt, pariter, ac iam dannati, quos

Deum offendere, hac ratione negandum foret. Atque
hac hominum miserrimorum deploranda conditio
Deus non magis delectatur, quam Magistratus iniuriis
facinorosorum, quos lictoribus tradit castigandos; nec
Diabolum ad homines perdendos instigat, quia sponte
cos appetit cribrare Luc. 22. 31., quia ipse querit,
quem devoret, 1. Petr. 5. 8., Apoc. 11. 12. Bern. p. 715.
Quomodo autem Deus damnationis hominum Causa
sit, & non sit, distinet expositus Bai. p. 360. seqq. Haec
que iusta Dei iudicia Christianum decet sancto silentio
venerari, & cum Paulo exclamare Ωβάδος! Corduanæ
rationis corruptæ captum Illa transcendunt, pertinentq;
ad τα τρίπεντα ad quae homo Φυχινός prorsus
inceptus est; minimeque proinde mirandum, si in
stillinga haec Dei iudicia Franciscus cavillatur, si di
vinam permissionem, quam cum Paulo occultam
vocabamus, tanquam explosas Physicorum (aus
gepeitschte) qualitates occultas falso ridet, sugil
lat, & insectatur vehementius, si Deum execrandæ
blasphemia propter haec nobis saepe occulta iudicia non
apertum, sed obscurum vocat, einen rechten heimtū
ckischen/gefährlichen Gott/der an der Menschen Unglück
und Versündigung gleichsam seine größte Freude habe/ ei
nen grausamen Mann. Quae Loca adduximus ex
scripturis, clare docent, Deum, rebelles & refractarios
ex iusto iudicio deserendo, Diabolo permittere, ut in
iis efficaciter operetur, & ducat eos ad suam volunta
tem, εἰωρημένος ὡς ἀλογα λύσα, captos velut be
stias viuas, Eph. 2. 2., 2. Tim. 2., 26.: neque pro
inde ex nostris, sed ex ipsis Dei verbis, impias istas
Consequentias deriuat, aut extorquet potius Franciscus.
Si Deus est Tentator ad malum, si est causa peccati,
si malis hominum gaudet, atque adeo obscurus est,
astutus, fallax, malitiosus, callidus, veterator, vafer,
cum homines a Diabolo in peccata praecipitari finit,
idem dicendum erit, cum idem permittit carni, Iac. 1.
14. Quare, aut aperte nega, Francisce, Deo permitten

te hominem tentari a carne , nega, ullum prouersus
in mundo dari peccatum , aut agnosce , te graui-
ter peccare , qui verba coelestis oraculi distorques , &
Consequentias effingis ex confusione permissionis
diuinae , quatenus spectatur ut actus voluntatis Dei ab-
solutae , & quatenus spectatur ut actus voluntatis Dei
ordinatae . Quando Deus non exerit potentiam suam
absolutam ad aliquid impediendum , existit permissio spe-
ctata ut actus voluntatis Dei ordinatae ; quando vero
nec absolutam , nec ordinatam suam potentiam exerit ad
aliquid impediendum , existit permissio , spectata ut
actus voluntatis Dei absolutae ; haec semper consensum
& complacentiam rei permissae prae-supponit , non illa .
Deus igitur si peccata hominum , sive ex Diaboli , sive
propriae carnis temptatione proveniant , permitteret
sensi posteriore , tum aliud nobis revelaret in
Verbo suo , in quo tamen ls sub gravissimis coimamina-
tionibus peccata prohibet , & hoc ipso impedit se de-
clarat , aliud ipso opere exequetur ; tum , inquam ,
Conclusiones procederent Corduanæ , Deum non esse
apertum , sed obscurum , peccatorum delectatione du-
ci , esse causam peccatorum &c. quac sane de Deo iu-
stissimo & optimo ne cogitari quidem possunt sine blas-
phemia . Quia vero permissio istius hic non spectatur ,
ut actus voluntatis absolutae , quasi Deus neque per
absolutam neque per ordinatam suam potentiam , pecca-
ta hominum impedit , sed quatenus est actus voluntatis
Dei ordinatae , qua Deus non quidem exerit po-
tentiam absolutam ad impedienda peccata , exerit ta-
men potentiam suam ordinatam , cui si resistunt ~~et ad-~~
~~us~~ ~~peccata~~ ~~guttes~~ , volenter quidem permittit , ut pec-
cent , sed peccata ob contumacem illorum renitentiam
permissa non vult , verum auersatur , & dirigit tan-
dem omnia ad iustum poenam obnitentium , & vindi-
ctam neglecti a se praescripti ordinis , & modi superan-
di carnis & Diaboli tentationes : culpa sane ipsorum
hominum est , nec locum habent Conclusiones Cor-
duanae

duanae. Praescripsit Deus ordinem & media, quibus peccata grauiora, ad quae Diabolus allicit, caro inuitat, effugere possent homines; non ergo Tentator dici potest ad malum, Causa peccati &c., cum ab hominibus, ordine in illum a se institutum, omniaque praescripta media spernentibus, Diabolum absoluta sua potentia non arcet, nec carnis cohibet concupiscentias.

Add. Dn. Praef. Exam. pp. 127., 128., 129. Hancque permissionis diuinae differentiam ignorat Franciscus, & eo tamen processit audaciae, vt ad extremum iudicium, in quo omnium dictorum factorumque erit reddenda ratio, provocare sustinuerit, dignus utique, quem propriis sic compellemus verbis, & Scripturæ Dictorum, quae allata sunt, nixi autoritate Herr Cordua, gedencet Ihr / da Ihr wider die Göttl. Majestät so höchst verkleinerliche Dinge recht mordicitus behauptet/und euch eher zu einem Märtyrer machen ließet/als solche nicht glauben/und andern stets einprägen solter/ mit sothauen Schand-Wosser vor dem Richterstuhl Gottes zu bestehen? rc. Ita nimirum labuntur, qui falcam in alienam mittunt messem, & Theologiae fundamenta non edocti sunt, de rebus diuinis tamen audent differere. Ad 2) quod omnino illis contingit, qui in meris versantur contradictoriis, vt sibi ipsis frequentissime contradicant, suisque ipsis verbis erroris conuinci possint, Francisco etiam accidit, p. 61. contendenti, Deum Angelorum bonorum ministerio vti ad puniendos impios. An ergo propterea Deus non satis habet potentiae? An opem Angelorum implorare cogitur & necessitate coactus? Vtitur Deus ministerio Angelorum malorum acque, ac bonorum; non ex indigentia, sed ex libera sua voluntate sapientissima. Conf. Dn. Praef. Exam. §. 1. p. 104. Et ad 3) (a) retorqueamus argumentum; Christus venit, vt solueret opera Iahobi, 1. Joh. 3, 8.; si igitur Diabolus non est, nec operas eius soluit Christus: id quod aperte pugnat cum Meritis Christie efficacia. (b) Eadem consecutionis lege quae posset inferre, nullum hominem peccatis & morti esse.

obnse

obnoxium, cum ab his nos Christus redemerit: (c) distinguendum est inter actum primum, & secundum, inter acquisitionem & applicationem, inter Meritum ipsum, & eius plenariam participationem: ratione acquisitionis, actu primo, meritum Christi est universalissimum, & efficacissimum, ratione applicationis, actu secundo, se erit in illis, qui illud vera fide apprehendunt, tenent, ac possident. Distinguit Rappoltus, in Disp. de Tentatione Thes. 57., inter potentiam Diaboli naturalem, ex creatione reliquam, & adscitam, quam per seductionem humani generis consequens est, Ebr. II., 14; hanc, non illam, Merito Christi destructam esse assertit, & hoc ipso simul conuelit objectionem Francisci p. 106. Dass aber Gott den bösen Geistern diejenige Gewalt und Kräfte übertragen/oder bey ihrem Fall gelassen habe/ist eben diejenige petitio principii, die noch bis diese Stunde weder aus der Schrift/noch aus der gefunden Vernunft/ hinlänglich erwiesen worden. Quod Odium inter Deum & Diabolum non tollat potentiam Diabolo hosti concessam, ex ratione verbi Dei illuminata ostendi hoc Cap. 3. Conseqt. 3. Mon. 2.; quod autem lapsus Diabolorum fatetur, in eo contradicit verbis suis, quae allegata sunt Cap. I. §. vlt. & hoc Cap. III. Conseqt. II. §. 2. Mon. I. γ) Es ist wahr / dass von den schlimmen Geistern _____ ganz verborgen. 2) distinguit idem Rappoltus inter destructionem potentiae adscitae ratione Christi, & ratione hominum consideratam; ratione Christi est absoluta & perfecta, ita, vt in Christo Mediatore, tollente peccata mundi, & chirographum delente, Col. 2, 14., nihil potestatis vel iuris habeat Diabolus ioh. 14, 30., imperioque mortis, quod in homines habuit, plane per ipsam excederit Ebr. 2, 14., 15.: ratione hominum est hypothetica, & tuin demum locum in illis habet, si per fidem Christo sunt inserti: 3) distinguit inter applicationem destructionis Diaboli inchoatam, & consummatam; haec alterius est vitae, I. Cor. 15, 54., illa huius vitae est, & in Ecclesia militante locum habet: ita est collata, vt super sit certaminis & pugnae locus, orandumque omnino sit: NE INDUCAS
NOS IN TENTATIONEM!

N53771

X 2203849

Jh. 145.
VDI7

Farbkarte #13

Centimetres

Inches



B.I.G.

D. B. F.
suum Experimentum
in Eloquiis probatum,
collustratumque
iore Spectri Schwickerhusani
memoria,
de
TENTIA, POTENTIA
OPERATIONIBVS
ABOLORVM,
RCITATIO THEOLOGICA,
quam in
ILL. CASIMIRIANO
Praefide
DOFREDO LUDOVICI
S. Theol. D.
Directore & Theo. P. P. O.
publice proposuit
nonnullisque
Francisci de Cordua
paralogismis opposuit
AVTOR - RESPONDENS
is Bernhard Frommann/ Neusensis,
d. XVI. Dec. A. DCCXIX.